DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM, ANTIQVISSIMVM

& noviſſimum, nunc demum infinitis penè laboribus & continuis vigiliis compoſitum & abſolutum à FRANCISCO de Sacra Quercu.

OR,

A DICTIONARIE DECLARING THE Etymologies, the Originall and derivation of all Words uſed in any Latine Authors, with the reaſon of their Derivations and Appellations; never any in this kinde extant before.

Whereunto, beſides the hard and moſt uſefull words in Divinitie, Philoſophie, Phyſicke, and Logicke, are added many thouſand other words out of The Civill and Canon Lawes, Gloſſaries, Criticks, and other approved Authors, old and new; with their Greeke in more exactneſſe than ever was in *Calepine, Morelius*, or any other: and alſo the Coines, Meaſures, Weights; and many other uſefull Additions, as will appeare in the Epiſtle to the Reader, and better in the worke it ſelfe.

Hereunto is alſo annexed the Proper Names, adorned with their Etymologies; illuſtrated and explained with Hiſtories, Proverbs, Mythologies, &c. Together with the Chronologie of the Perſons, and the beginning of noted Cities, and Plantation of ſundry Countries; the Geographie, and the Names both antient and new, of the moſt remarkeable Places.

Laſtly,

RIDERS Dictionarie, (*i.*) the Engliſh before the Latine, compiled by RIDER, is augmented with many hundreds of Words, both out of the Law, and out of the Latine, French, and other languages, ſuch as were and are with us in common uſe, but never printed untill now, to the perfecting of the worke.

Now the ſixth time newly corrected, and very much augmented by the great induſtry and paines of FRANCIS HOLY-OKE.

LONDON.

Imprinted by *Felix Kingſton* for *Andrew Crooke*, 1648.



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO CAROLO, WALLIÆ PRINCIPI, CORNUBIÆ DUCI AUGUSTISSIMO, &c.

NOn diu deliberandum fuit, quorum ſyderum auſpicia novis hiſce libris natalitiis implorarem, Dictionario huic Etymologico, ut faveas ipſe, (Princeps Illuſtriſſime) & humanitate Regiâ viam præſtruas, facilè poteris exorari; præcipuè, ſi rationem hujus conſilii probè perſpexeris Pater enim meus adhuc ſuperſtes, hujus primi Etymologici author unicus, nunc πόνῳ νόσῳ τε, χρόνῳ τε confectus, in ſupremis mihi mandatis dedit, me ſub Tui nominis clientelâ opus hoc ſuum, quod tanto ei ſudore conſtitit, æternitati conſecrare. Expertus ſiquidem ipſe patruo Tuo Henrico τῷ μακαρίτῃ, patréque, jam Regum potentiſſimo (quorum ætatulis primitùs fuit accommodatum) tantum vel in teneris ad literas deſiderium fuiſſe, ut nulla lege in nobiliori Tua indole diſſimilem affectum vereri pateretur. Fure igitur, vel hæreditario,

liber hic à te sollicitè Augustum expetit patrocinium. Ex-hinc insuper veniam audaciæ meæ impetrare confidam: invitus aliàs, & non nisi coactus, humillimum hoc patris mei, σφόδρα γέροντος donarium oblaturus. Res tamen adeo publicæ utilitatis, ut fortè nec indignum duxeris munus, quod Tuæ Majestatis adolescentiæ traderetur, ex quo juventutem tuam informare poteris, nisi annos literis præveniſſes. Nec mirum! habes enim præter utriusque Parentis sacratißimum Genium, juventutis Tuæ Rectorem, quem Burrhum alterum, aut Senecam appellarem, nisi quod in Trajanum inciderit, Cujus munitus præsidio, ausus sum ipse Tantæ Majestatis Principem adire tantillo licèt munusculo; In quod si oculos Tuos obvertere, manusque Regales admovere digneris, satis me paternæ oblationi consuluisse credidero.

Celsitudini vestræ
Orator humillimus,

THOMAS de Sacra Quercu.

Amplissimo & multis pietatis, eruditionis & veræ Nobilitatis titulis illustrissimo *Francisco Leigh*, Baroni de *Dunsmore*, Patrono suo honoratissimo.

HOc quicquid est munusculi, tenue licèt & incultum, Honori tuo (Heros inclyte) dicandum censui; tibi spero vel eo nomine longè acceptius futurum quòd patrem meum authorem agnoscat. Qui in hac novissimâ operis sui editione me amanuensem hac lege conduxit, ut hasce propriorũ nominum Etymologias Tibi (meorum facilè Principi) meo nomine inscribi pateretur. Diu est ex quo ad exoptatã hanc opportunitatis ansã anxiùs suspiravi. Cujus beneficio debeo quod frequentia illa (quà publica, quà privata) favoris vestri specimina tum erga patrem meũ, annis jam gravem, tum meipsum ab incunabulis penè & ineunte insuper ætate per lõgum exhibita, publicè profiteri licet; quin & officium pariter meum & devoti animi gratitudinem testata reddere. Nec incongruè videor hanc operis partem Amplitudini tuæ destinâsse, ubi inter heroas Græcos, inter proceres Latinos, præclarè gesta tua, Tuas virtutes, justitiam & prudentiam passim leges. Neque enim fas est ita privatis immorari beneficiis ut ea præteream quæ in Rempublicam contuleris: de qua adeo optimè meritus es, ac si in ejus solius bonum natus fuisses. Ex quo Tu pro Tribunali justitiæ operam impendisti, nemo innocens potentioris gratiam extimuit; nemo nocens aliunde veniam quàm ex pœnitentia speravit: imo scelera ipsa ex Te modestiam aliquam didicerunt. Sed hæc utcunque magna, Tibi forsan cum paucis aliis communia sunt, illud utique proprium, quod in pensione pro pauperibus eroganda terras Tuas, certè amplissimas, ad unum omnes in censum venire non tantum passus es, sed imperâsti: Novo sanè sed tam magno exemplo, ut reliquos feudorum dominos puduit non imitari, & bonitati tantæ obviam ire aut non ausi sunt, aut noluerunt: adeo ut Tibi jam debeamus quod non solus pauper pauperem alat. Nec illud minùs prætereundum, felicem reverà Te patrono clerum: Cui angusta videtur innocentia ad legem bonus esse; atq; adeo non contentus decimas solvere (illud siquidem juris esse statuis,) hoc quemvis decet; honestum auctarium addis, hoc munificentiæ est; hoc te decet. Atque hęc sunt quæ Te verè nobilem facerent, nisi talem invenissent, non minus avitâ proavorum gloriâ quam virtute propriâ illustrem. Cujus majores non apud Londinenses solum summos consecuti sunt honores (quod etiam Nobilitatis ingenitæ honorem reddit cumulatiorem) Nec miseras illas & mentitas dignitates sapiunt, quas nummi agunt, aut fœda merce de vœneunt. Gens siquidem antiqua Leighorum non solum in Warwicensi nostra, & in circumvicinis provinciis, sed etiam in plurimis hujus regni regionibus, tum radices olim egit, tum ramos etiamnum propagat per multas familias Equestri saltem dignitate insignes. E quibus unum, tibi & consanguinitatis & amicitiæ jure conjunctissimum, & mihi beneficiis abundè notum, nobilem Baronettum Thomam Leigh, scio non ægrè feres si honoris causâ nominavero. Gratularer hic Tibi lubens præ cæteris familiæ ornamentis castam, piam, nobilem conjugem, Heroinam, & tres filias cohæredes ex ea susceptas, ut numero sic venustate Gratiis pares. Sed me reprimo; & tandem cogitare incipio non minùs quid Te audire placeat, quam quid me dicere conveniat. Spero me utrumque assecuturum iri, si & patrem meum senio jam & labore confectum, & meipsum porro inter juventutis Lubrica versantem clientelæ Tuæ in perpetuum addixero: Deum Optimum Maximum oratum habens, ut omnia Tibi ex votis (quæ nisi honestissima esse non possunt) succedant.

E Musæo Col. Reg. 4 Idus Sept.

Humillimus, & omnibus mancipij vinculis
Honori tuo devotissimus,
THOMAS de Sacra Quercu.

AMPLISSIMO VIRO
CLEMENTI THROCK-
MORTONI, EQVITI AVRATO, PA-
TRONO SUO DIGNISSIMO, HO-
MINUM, CIVITATUM, ET OPPIDO-
RUM ILLUSTRIUM NOMEN-
CLATURAM OLIM
D. ET R.

F.D.S.Q.

AD LECTOREM.

Eternum verbum cum verbo omnia formâſſet, verba item formavit rebus ſingulis accomodata, quæ nomina ſimul & naturas denotarent. Et tam arctam inter res & verba cõnexionem inſtituit, ut ex nõine ad ſuã originem reducto, naturam ſimul & nominis rationem ſive etymologiam primævis hominibus invenire, nullo negotio liceret. Hujus rei veritatem verenda illa nomina quibus Deus Opt. max. naturæ ſuæ pleniorem notitiam nobis communicare dignatus eſt, luculenter oſtendunt. Jehova enim ſacratiſſimũ ſuum nomen τετραγράμματον ἀνεκφώνητον ab eſſentia, Exod. 3. Jeſum ab officio ſalvandi, Mat. 1. 21. appellari voluit. Eundem ordinem in creaturis à ſe nominatis ſervare voluit; cum verò Adamum finxiſſet, & in horto voluptatis collocâſſet, linguam ſanctam eum edocuit, & verborum ſcientiâ inſtruxit, ut ad ejus exemplar creaturis reliquis nomina ſecundùm naturas imponeret. Quare Adam vocavit mulierem אשה viram, quia ex viro: eandem & חוה Heva, quia mater erat omnium viventium. Sedula poſteritas prototypon imitari non deſtitit. Jaacob, יעקב à ſupplantando, נבל Nabal, à ſtultitia nomen meritò ſortitur, & infinita alia ex ſacris paginis exempla ubique occurrunt. Hoc felix inter res & verba conjugium inviolatè manſit, donec univerſa terra erat unius labij & verborum eorundem. Gen. 11. 1. Nam hucuſq; lingua ſancta, quæ poſtea dicebatur Hebræa, adeo ampla & perfecta extitit, ut curioſis hominibus nova verba excogitare, nullus erat locus relictus. Sed non diu duravit humana felicitas: Linguarum enim confuſio ad turrim Babel inchoata, multis obſcuritatibus rem totam obfuſcavit, & ex uno fonte varij rivuli, ex una radice varij ramuli difficiliorem fecerunt ad originem regreſſum. Attamen ex hac linguæ confuſione non aliæ plane linguæ & prorſus diverſæ, ſed potius ex eadem ſancta lingua variæ dialecti ſunt exortæ, ut adhuc in illis ipſis Orientalibus linguis demonſtrari facilè poſſit; Lingua Syriaca, Chaldaica, Arabica, Perſica, Ægyptiaca, Punica &c. antiquæ linguæ ſanctæ originem adhuc referunt. Imo in Græcis & Latinis dictionibus innumeris Linguæ primitivæ veſtigia ubiq; apparent. Sed quo longiùs poſteri Chami & Japheti à Shemi familia ſedes fixere, eo magis à puritate ſermonis primigenij deflexerunt, & agreſtem barbariem ex horridis & incultis locis quas incolebant, quaſi unâ cum ſpiritu hauſerunt. Hinc nonnũ antiquæ aboleri, nova ſuperinduci, varia pro hominum arbitrio imponi, alia pro oblitis & malè intellectis excogitari, omnia deniq; adeo obſcurari ut ad veras pauciorum origines non niſi multimodâ inveſtigatione perveniri poſſit. Nam in deſertis illis & longe diſſitis locis vera Dei notitia, Artes liberales & diſciplinæ, verborum, imo nationum origines, & tandem literæ ex hominum memoria penitus exciderunt. Attamen Ægyptij & Chaldæi, Phœnices, omneſq; finitimi populi ex Hebræis: Græci ex Pœnis & Phœnicibus, Latini ex Græcis literas & liberales artes ſeriùs acceperunt. Qui tandem ex iis verborum veſtigiis quæ adhuc manſerant, & ſuâ ortus & linguæ ſuæ originis cognitionem edifcere incipiunt. Inter hos primus (poſt Homerum & antiquos Poëtas) divinus ille Plato ad riſeras literarum regiones peragrare inſtituit, & verborum origines perquirere, & rerum naturas indagare ex verborum etymis conatus eſt. Teſtis ſit ejus Cratilus, [illegible] ὀνομάτων ὀρθότητος, diſſerens ait, ὀνόματος ὀρθότητα ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἂν εἰδεῖναι τὰ ὄντα. Et Ἕλληνες τὰ βαρβάρων, τὰ Ἑλλήνων ἔστιν, item Chryſippus, Demetrius, Ixion, Orion, [illegible] divinã Philoſophiã ſequuti varios libros de etymologica diſciplina conſcriptos poſteritati reliquerunt. Poſtea vero quum Latini humaniores literas à Græcis acceperint, autores præcipui non [illegible] etymologicam diſciplinam pertractare & excolere cœperunt; ut per verborum origines ad rerum naturas & cauſas perſcrutandas facilior eſſet aditus. Hinc Cato, Verrius, Feſtus, Ætius, Phylologus, Capito, Ælius Stilo, Gallus Sinnius, Capito Cincius, Santra Aurelius, Opitius Iſdorus, & ante omnes doctiſſimus Varro, de Etymologijs varia volumina ediderunt. At dolendum quidem quæ ab his aliiſq; magni nominis hominibus hac de re conſcripta fuerunt, temporum & hominum injuriâ magna ex parte interiiſſe. Eſt tamen etiam quod nobis gratulemur, Deoq; Opt. Max. gratias agamus, qui à ſævis Barbarorum manibus quaſdem ſaltem nobis etymologicæ diſciplinæ reliquias conſervârit; eoq; magis quòd poſt multorum ſeculorum barbariem doctiſſimorum virorum turbam tandem excitaverit qui hæc fragmenta manca & corrupta aliorumq; autorum monumenta & ex tenebris erута hujus diſciplinæ etymologicæ operâ, priſtinæ integritati,

integritati, quantum fieri potuit, restituerunt. Inter quos Scaligeri de Gorum virorum judico principatum meritò obtinent: Julius Cæsar Scaliger, alter noſtri ſeculi Varro, centum & decem libros de originibus compoſuit, qui non ſine inſigni politioris literaturæ diſpendio perierunt. Joſephus ejuſdem filius, Lipſius, Caſaubonus, Turneb. Lub. Paſſeratius, & alii innumeri doctiſſimi viri plurimos auctorum nodos difficillimos hujus divinæ diſciplinæ ope retexuerunt. Attamen inter horum ſcripta nullum jam extat volumen integrum de etymologijs conſtructum. Quod cum à pleriſque magnopere deſiderari ſæpius animadverterem, à quibuſdã doctis viris ſæpe efflagitavi ut hoc onus in ſe ſuſciperent, ſed fruſtra. Et quoniam in mea curta ſupellectili nihil ferè huic muneri idoneum proferre me poſſe intelligerem, ex alienis ſcriptis etymologicum Latinum componere pro virili ſum aggreſſus. Primùm igitur auctores veteres, qui verborum origines tractárunt, diligenter rimatus ſum, varios etiam autorum tractatus qui vel obiter etyma obſervárunt, nec non veteres ſimul & recentes grãmaticos conſului, Neotoricorum cõmentaria, conjectanea, notas, annotationes, animadverſiones, caſtigationes, emendationes, explicationes, obſervationes, &, quod verbo dicam, totam illam doctorum Criticorum gentem ſedulus evolvi: varia deniq; dictionaria, gloſſaria, nomenclationes ſyllabatim ferè perlegi; ex quibus omnibus etyma & verborum proprietates, vocabula pura, obſoleta, exotica & neoterica, quotquot invenire potui, in hoc noſtrum dictionar. Etymol. coacervavi, ut nullum etymon, imo nullum vocabulum ſit ferè reliquum quod in hoc noſtro theſauro non facilè reperias; quantos autem labores ab incepto opere ſubierim Lectoris judicio relictum volo. Nondum enim doctus Fungerus ſuum etymologicum parvum, nec acutus Becmannus ſuum Enchiridion, nec bibliophagus Martinius ſuum Etymologicum eruditiſſimum, in lucem ediderant, quando meum jam typis deſtinãram. Si quæras præterea (amice Lector) quid novi portat hæc nova editio, en tibi vocabulorum millia nova, totidemque antiqua ex tenebris eruta jam facta nova. Neſi vero is ſum qui licentiam τῆ ὀνομαστικῆ mihi uſurpare auſim; id Aſiis ſcriptoribus eorumque ſequacibus libenter relinquam: qui obſcuritates vocum & ſententiarum ita affectate venantur, ut tum demum ſe doctos arbitrentur, cum ſermone ita obſcuro aut abhinc multis annis jam deſito utuntur, quod ſcire & intelligere neminem volunt quæ dicant: & fortaſſe gryphis ænigmaticis puerilem in modum delectantur: tonitrua & neſcio quæ coruſcatio opplet aures & perſtringit oculos hominum, quaſi tam ſublimem eo cum oratorem ad incudem revocaſſet: Bronteſi, Steropeſi, et nudus membra Pyracmon. Commiſtiones iſtos meras componere, et arènam eſſe ſine calce Caligula redivivus diceret. Ciceronem quaſi obſoletum faſtidiunt, in tantum ut Ciceronem et Cæſarem et cæteros Latinæ linguæ magiſtros, velut ſexagenarios de ponte deturbandos exiſtiment. Lipſium novas ſcribendi formas introducentem perdite ſuſpiciunt: ſcilicet ſtylum cum veſtimentorum formis annuatim jam apud fanaticos variatis, mutandum, iſti novatores opinantur. Mihi propoſitum eſt ex doctorum monumentis nova et antiqua colligere, collectaq; interpretari, et ſi fieri poteſt, ſuas etymis et antiquitatibus ornare. In hac vero editione multa vocabula ex antiquis patribus et eccleſiaſticis ſcriptoribus, ex Medicis, Juridicis, et gloſſematorum ſcriptionibus, ex Meurſio, De la Cerda, Medicinæ Pandectis, Stupano, et Criticorum Lampade, ex Dictionarijs juris Civilis et Canonici, multiſq; alijs Criticis et auctorum interpretibus deſiderata in noſtrum etymologicum adſcripſi, quæ doctis ſimul et indoctis, ad auctores intelligendos multum lucis adferre poſſunt. Labor immenſus in tam immenſa, multis fortaſſis non ingratus, quorum gratiâ non minimam ætatis, virium, et facultatum partem conſumpſi. Quinetiam ut omnes Latinæ linguæ gazæ in hoc Theſauro cumularentur, Originationes et etymologias amplificare, et varios vocabulorum uſus phraſibus et teſtimonijs confirmare, Hebræa cum Latinis et græcis conjugere feliciter inſtitueram, ut in initio libri patet, ſed quadripartitis ſchedulis coarctato, longius expatiari non permittitur. Sunt etiam qui hæc ſtudia quaſi levia et puerilia contemnunt, qui etiam ſapius inter ſuos jactitare ſolent, omnes ſe auctores & claſſicos ſcriptores ſine hujuſmodi adminiculis poſſe peragrare, nodoſas auctorum ſententias ſine duce enodare, omnes verborum ſignificatus ſine dictionarijs intelligere. Hoc ex nulla re alia fit niſi ex ſtupida ignorantia; Sed his ſciolis alibi reſponſum eſt. Sed nec vugatorum nugamenta nec ſciolorum objectamenta diutius moror. De his doctis ſolummodo judicare nõrunt, quorum Cenſionibus omnia mea ſtudia cenſenda & corrigenda ſummitto; qui inter varias ac multiplices ſuas lectiones, ſe hujuſmodi ſubſidiis aſſidue adjutos libere profitentur: quin etiam originationis fructum ad docendum, illuſtrandum, & refutandum neceſſarium in ſuis doctiſſimis lucubrationibus paſſim demonſtrant. In unaquaq; enim lingua quædam ſunt vocabula primitiva à quibus reliqua à ſe orta pendent; horum primigeniorum vocaminum ſingula ſuam propiam, primariam, et genuinam ſignificationem obtinent; quam omnibus à ſe derivatis, flexis et compoſitis paululum variatam impertiunt. Sin autem vocabula à primitivis flexa alienam vel diverſam ſignificationem induerint, ex originationis arte ratio petenda eſt. Hæc item primigenia vocabula ſingula ex Hebræo fonte primitus derivata ad ſuum ſacroſanctum fontem iterum etymologica diſciplina reducenda ſunt, ultra non datur regredi. Ut Anglice A Sacke, Græc. σάκκος, Chald. סק Heb. שׂק: Gabe, aggero, גבה agar, אגר Saxo, cenſeo, rapio ἁρπάζω, ארב Arab, apis ἄφαδο, אפר aphad; Wine, vinum, οἶνος, יין. Hanc ſanctam Linguam Deus opt. max. ſuo ſacroſancto eloquio in paradiſo ſacravit, et aliarum linguarum matrem eſſe voluit, hac lingua legem in tabulis lapideis exaravit, hac lingua ſcripturas Vet. Teſt. à ſpiritu ſancto dictatas Eccleſiæ ſuæ donavit. Nonnullos autem Novi T. libros in

hac

hac sancta Lingua originaliter fuisse conscriptos, multi viri docti autumant, qui & Syriacam versionem ejusdem antiquitatis cum Græca origine summopere contendunt. Phrases vero & loquendi formas & sermonis proprietates ex Hebraica, (i.) Syriaca Lingua transtatas, quæ eo tempore fuit Judæorum vernacula, qua D. noster I. Ch. loquendo, prædicando, & orando semper usus est, omnes vel mediocriter docti norunt. Nemo igitur sacra Biblia dexterè intelligere, vitè tractare, vel solidè interpretari potest, qui ex ipsis sentibus verborum originationes derivare non novit. Ex his enim verborum & sententiarum interpretationes petuntur, ex his argumenta et documenta ad omnes theologicos usus necessaria sumuntur. Sine his qui mysteria sacræ Scripturæ aperiendi onus in se suscipiunt, miserè cæcutiant necesse est: Idem de prophanis auctoribus evolvendis et enodandis dicendum, in quibus nisi ad ipsas verborum origines omnia retuleris, nunquam auctoris mentem dextere deprehendes hec primarias, genuinas, et proprias significationes à metaphoricis, figuratis, et translatitijs discernere queas. Sed nunc tempus est ut eorum criminationibus respondeam, qui mihi injuriarum actionem intendunt, quasi ex alienis Dictionarijs, præcipue Thomasianis expoliatis, nostrum Etymologicum construxerimus: grave crimen, si modo verum, et bonis viris indignum. Sed si nihil in his sit factum quod alij omnes Lexicographi ante me non fecerint, spero bonos et æquos verum æstimatores eandem libertatem mihi indulturos, quam in alijs tantopere collaudârunt. Cooperus Tirisij, Tigurini Dictionarium Latino-Germanicum, ni fallor, transtulit. Suum autem Thomasius, ex Calepino et Coopero primum compilavit, quod vestigia adhuc recentia ostendunt. Postea ex Junij nomenclatura et quibusdam glossarijs et herbarijs auxit et ampliavit: tandem reverendus vir D. Philemon Hollandus, doctissimus Medicus juxta ac Philologus, ipsum Thomasium ex bonis auctoribus, adeo mirificè ditavit, ut nullum in eo genere Dictionarium adhuc extet, quod pro vocabulorum numero, perfecta vocū interpretatione, et phrasibus selectis huic Thomasiano adæquari meritò possit: sibi habeant, et per me licet, quod tanta cura et impendio comparavit. In prima hujus Etymologici editione, quorundam verborum interpretamenta ex Thomasio decerpta, et in nostrum translata eorum negligentiâ factum, quibus id oneris demandatū erat, ut eadem vocabula interpretata ex Ridexo et Coopero excerperent, non nego: at verò in proximis editionibus, illam me voculam, quod sciam, attigisse, quam alibi non invenerim, nisi apposito Thomas. nomine, aut T. nominis signo, id vero pernego. Quod si idem Thos in suo Anglico-latino Dictionario observâsset, literam caninam ad nauseam usq; recitasset.

Restat nunc ut eos grata animi significatione memorem qui olim hoc opere me adjutârunt, aut quovismodo subsidio fuerunt. Et lubens quidem memorem D. Doctorem Jamesium de bonis literis optimè meritum, qui mihi certa quædam vocabula è patribus collecta impertiri non recusavit. Nec non magist. Robertum Burtonum doctum Mathematicum æquè ac Theologum, qui tum ex Mathematicis, tum ex alijs disciplinis multa etiam inter legendum vocabula adnotavit quæ huic operi inserui. Magistrum item Sicklemith, Coll. Aeneanasensis socium, & amicus meus doctissimus, suum dedit symbolum, in quantum opus hoc ab æmulis laceratum, non ineleganti atq; justa vindicavit. Apologiâ. Liceat etiam amici mei integerrimi τῆ μακαρίτου Thomæ Wethereldi, nostri Regimensis Collegij nuper socij, in vivorum etiamnum societatem nomen revocare, qui propriorum nominum Indicem Chronologicis alijsq; non contemnendis lucubrationibus illustravit. Denique huic novissimæ editioni manus imponere occœpissem, librum adeo depravatum & mancum, mendis typographicis laceratum deprehendi, ut de etymis, vocaminibus, phrasibus, & interpretamentis addendis, amplificandis, castigâdis, aliaq; huic operi necessaria intra tempus constitutum perficere, plane desperassem, nisi laboris aliquam saltem partem aliis demandassem. Quapropter in castigando σφάλματα typographica, quæ sanè infinita fuere, in restituendo accentus Græcos, et Latinorum vocabulorum quantitates vel planè omissas, vel certè misere transpositas, non alienum mihi visum est uti subsidiis, tum solius filij mei unigeniti, tum collegæ sui et συμφοιτητου magistri Aglionby, mihi multis nominibus charissimi, qui per annum hunc elapsum continuis pene laboribus, et assiduâ vigilijs pensum cum auctario absolverei. Interea quantos ego labores sustinui, qui omnia perfeci quæ ad substantiam et integritatem operis pertinent, testes sunt membra corporis torpentia, modo non emortua, sedentario studio et frigore contracta, quibus restituendis balnea naturalia, et alia multa medicamina parum subsidij præstant; sed vires et vitam ob bonum publicum consumere, quæstum maximum duco. Valeas amice Lector, et hos meos labores, mihi sanè molestos, æqui bonique consule.

E Coll. Reg. Oxon. 6 Cal Aug.

Tuus non suus

FRAN. de Sacra Quercu.

Admonitio ad Lectorem.

PRæter ea quæ in epistola ad Lectorem antea admonui, Paralipomena quædã adprimè necessaria compendiariò cõmemorabo. Barbara à puris vocabula magis curiosè ideo discriminavi, ut Latini sermonis puritatem tyrones edisserent observare. Sunt autem quædam vocamina merè Græca, quę Latinæ linguæ autores jure civitatis donârunt. Sunt item alia quæ propter Latinæ linguæ inopiam, Romani à Græcis cæterisque nationibus necessariò sunt mutuati. Talia sunt artium & disciplinarum vocabula, quarum scientiam Latini serius recipêre. Hinc nomina morborum, stirpium, radicum, seminum, herbarum, & ex aliis disciplinis multa alia ex Græcis & Arabibus, suam originationem ducunt. Plurima item noviter adinventa, quibus ptò lubentia autoris nomina sunt imposita, à Latina lingua prorsus abhorrentia reperiuntur. Barbaræ item nationes & homines Latini eloquii parum periti, quando Latinè loqui vellent & verba non occurrerent, barbara vocamina ex suo cerebro excogitata, vel ex Romano sermone malè derivata, confidenter usurparunt. Hoc genus vocum spuriarum adeo crevit, ut legitimas numero longe superent. Quapropter cuncta vocabula quæ in probatis autoribus neutiquam sunt reperta, & à flexione Latina aliena, obelo in fronte notavi. Itidemque ea barbara quibus ob purorum defectum, necessitate coacti, utimur, eadem notâ insignivi. Sed omnia plane barbara, quorum in locum puriora substituere copia conceditur, duplici obelo transfigenda adjudicavi: Vale.

IN FRANCISCI de SACRA QUERCU Dictionarium Etymologicum *Johannis Dovi* Sacræ Theologiæ Doct. carmen.

Ἄξιοι ἀνιγόδμῃ πάντες τοι χρῆσε γράφοντες
Βιβλία μελισσονόμοι δυσπαλέϊμ νόσοις.
Ἄξιος ἀθανάτοι πέλεται Ὀλύμπιος ἔπαινος,
Τοῖς φιλοκάλοισοις χρήματα ἔργα χραίων. (ΜΑΤΡΕΙΗΝ,
ΟΤΑ ΑΝ ΜΟΙ ΔΕΚΑ ΜΕΝΙΑΔΕΣΣΑΙ ΔΕΚΑΔΕΙΣΤΟ
Αἰὼν πᾶσα ἄξια μίγρα φόνῳ

NOn pumex undas sudat, non carduus uvas,
Nec dabit inculti spicea serta rubus.
Sanè tamen *Quercus*, cur das pro glandibus uvas?
Cures provenu prodiga facta novo?
Ame dabit Pumex undas, & carduus uvas,
Et dabit inculti spicea serta rubus;
Quam tua delectrix abolebit scripta vetustas;
Te plebs laudabit, posteritasque leget.
Vivit opus, Cooperce, tuum (dignissime præsul:)
Nec, Calepine, tuus defuit ante labor,
Debetur, Decane, tibi laus magna, Ridere:
Thomam Thomasium fama per astra vehit.
Admiror, *Francisce*, tuos, *Heliote*, labores:
Te famæ trado, te manu usque sero.
Quicquid Cooperus scripsit, docuisve Ridcrus;
Quicquid Thomasius vel Calepinus habent:
Gunctа refers. Te sæpe legam, te semper amabo,
Et te defuncto fama perennis erit.

De mutata in melius seculi nostri conditione *gratulatio ad Franciscum de Sacra Quercu.*

DE duro primum nomen, qui, insane metallo
Finxit huic seclo, fer eus ille fuit.
Nam redit in primæ seclum hoc ætatis honores,
Tales quos habuit quum tener orbis erat.
Mella quoque exudat, pro glandibus, aurea quercus,
Grata Deo, *Quercus sacra*, & amata Deo.
Cui Phœbi laurus, cui myrtus Cypridis arbor;
Frontis & Herculeæ, Populus alta, decus,
Cui Fauni pinus, Bacchi quæ sequacia serta,
Cecropiæ cedat victaque oliva deæ.
O quem te dicam mutantem sorte beatâ,
Ferrum auro, fulvi divitiisque Tagi?

Joh. Budden L. L. Doctor, & Professor Regius, Novi Hospitii Princip.

In novum opus Etymologicum carmen.

QUi nova cum antiquis jungendo vocabula vobis,
Immeros *Mater* euperare docet;
Huic pueri atq; senes debent Latii atq; Britanni,
Quicquid habent etyma, aut nomina quicquid habent,
Da grates igitur siqua est tibi gratia verbis,
Qui legis hæc ista lege licebit agi.

Thomas Farnes, Presb. Bibliothecarius, Oxon.

VArro, tibi tandem valedico, nec amplius ipse
Palleseo chartis, ô *Isidore*, tuis.
Luxatos *Prosilio* sparsosque recolligis artus.
(Non faeit hoc operi *Græcia Rhenvia* tuo)
Quod pater *Hippolyte*, quod præstitit *Isis Osiri*,
Hoc foliis *Quercus sacra Sybilla* tuis.
Disposuit methodo frondes & in ordine ramos,
Et Jovis & Druidum Quercus id edit opus.

R.P.

Ad Franciscum de Sacra Quercu.

SAcra Jovi Quercus, Francisco sanctior olim
Nemo fuit, mystis si sit habenda fides.
De sacra quercu cum sis Francisce sacerdos,
Atqui Jovis (unum) nomine usque sacra:
De Sacra quercu quid in Francisco vocaris?
Rumpatur Momus, sic tibi nomen erit,
Æmula Dodonæ nunc est * Academia Isa,
Dum Sacras quercus, hæc ut & illa ferat:
Quoque dedit quondam quercus Dodonæa glandes,
De quercuque faber quercea quanta facit;
Tot verbis Scyma & nectros deducis in usus,
Verborum egregius non minùs ipse faber.
Lexica non solùm complens, sed pulpita verbis,
Dum populum vera religione doces.
Perge faber deincepa, Perges facer, efficе verbis
Lexica clara tuis, Pulpita clara tuis.
Quercetо depromo tuo, quod cedere inertem,
Quercinum robur, dura ne findat opus.
Déque tua quercu facias tibi Musa coronam
Ævo sacratam, quam fine fine geras.

* *In Cam. Wor. qu. Nat. F.*

Verborum quod monstra domet, vetereſq; repurget,
Herculeum nomen Doltianus habet.
Sic Ficinus eum verè, sic Scala vocavit,
Herculeus verè nam labor iste fuit.
Cum tu sarmineas tales tantosque labores,
Sensum, Etymon verbis restituendo suis,
Quid ni ego te dicam Herculeum? qui verba domasti,
Tot monstrosa tuæ victa labore manus.
Vel potiùs tibi, si speciosa vocabula rident,
Alter Jonius tu mihi dictus eris:
Quod verbis Hydrâ oppressis, carieque peresis,
Tu lucem dederis, præluceriſque facem.
Ergo conveniat quando tibi nomen utrumque,
Urius-famam, & præmia digna feres.

Ro. Burton, ex Ædе Christi.

PAni cornifero pinus, sua vitis Iaccho,
Clavigero placeat Populus alta Deo,
Phœbus amet vegetam quamvis sub cortice Daphnen,
Sint grata Alcinoo mollia poma Jovi.
Tu bene connexas lauro, Venus ignea, myrtos,
Selege tuque oleas, docta Minerva, tuas.
At tu docte puer *Quercum* venerare *Sacratam*,
Sit tua, quam mavult Jupiter esse suam.
A Jove principium Musæ, Jovis arbore gaudent
Ipsæ Pierides, Pieridumque pater.
At tu qui primis signans vestigia plantis
Insuevo in Latium cæperis ire pede:
Hic tibi sacrata repetas oracula quercu;
Hic, quæ Dodonam vicerit arbor erit,

Guli. Fletcher.

AD FRANCISCUM DE SACRA QUERCU dilectum confratrem de opere Etymologico mira eruditione & industria concinnato.

Ἐπιφώνημα.

DUm recitas Latiæ numerosa vocabula gentis,
Et vires etymas promptus ab arte doces;
Deficiunt vires in tot præconia Musis,
Et quæ te celebret lingua diserta satis.

Verbula primus homo formavit idonea rebus,
Res verbis genio concipis ipse tuo.
Quanto res verbis præstant, tua gloria major:
Crede mihi, numen pagina vestra sapit.

Decanus

Decerpit autumnus frondes, & gratia pulchræ
Arboris hyberno frigore pulsa cadit:
At quæ de *Sacra* matrum germina *Quercu*
Nulla dies minuet, frigora nulla premet.
Qui tam multa suis distinxit nomina formis,
Nominibus multis jure colendus erit.

Θεσπέσιοι ἱερὰν δρῦν τηνεμαρέλιον ἔθνεα
Ζηνὶ χρήσιν ἱερὰ δρυὸς μαντήϊα λα.
Οὐ γὰρ ἀπ' ἀνθρώπων γενεὴ, ἀπὸ πέτρης ἢ δρυὸς
Ἐκλύσεις παρὰ σῆς ἱερῆϊ δρυὸς

Jo. Wall. Sa. Theo. Doctor, Ex Aede Christi.

In Authorem operis Hexastichon.

Multum *Holioke* tuo Musarum turba labori
Debet, nempe tuo docta loqui calamo.
Nec tu verba doces solùm, sed quæ sit origo
Verborum indigitas, primus & ipse operis
Author eras, hujus nec laudem vindicet alter,
Quod tua collegit, non aliena manus.

In nomen Authoris distichon.

Olim umbrosa fuit quercus gratissima Nymphis,
Quercus at est Musis hæc *Sacra* grata magis.

Arbor es & *Quercus*, foliisque simillima verba,
Fructibus & plena est Pagina quæque tuis.

Cortice scripta tuo est hæc Pagina, vivida succo
Atque tuo, Radix germinet illa diu.

Arbor es? an liber es? non audeo dicere, libris
Incumbis quasi tu Pagina tota fores.

Tetrastichon.

In qua nympha fuit violatæ manus impia querelæ
Impune hanc *Quercum* quis temerare potest,
In qua Musæ habitant? miserâ fame plectitur iste,
Sed careat verbis ut voget alter opem.

Fran. Abbot. S. Theol. Doct. C.C.C. Socius.

SUnt tua verba, Tuæ voces, (*Holioke*) paternâ
Tu stirpe verba; genere tu voces tuas.
Tu verba, & primâ voces ab origine pandis,
Summque tandem repperit Ni'us caput.
Verborum, vocumq; Parens Tu rite voceris.
Permitte calamis unicum hoc nostris tamen;
Tu verba & voces scrutare? his vocibus ortum
perenne, laudes in tuas, Carmen fluat.

Et (si quis rabido minuat tibi Carmine laudes)
Tu Verba, voces pernega, Carmen cadet. *E.L.M.D*

Ad Reverendum Franciscum de Sacr. Quercu *hujus Lexici Etymologici Authorem Carmen.*

MAnca diu mansit Latiis ars Lexica, verbis,
Nemine radices effodiente suas.
Philologis sat erat priscis si symbola rerum
Nôrint, cur signata res ratione ferent.
Sin quenquam tetigit vocum natalis origo,
Insipidus methodo prodiit illa sua.
Sic veteres *Varro, Festus, sic Valla, Perottus,*
Sic *Hispalensis, Scaligerique* duo.
Spissis quæ peperere suis hi tædia libris,
Hæc, *Holioke*, labor perdomat iste tuus.
Ordine succincto facilem tu vocibus ortum
Primitus impertis intùtumque suum.
Perficis antiquos, Etymon novus ille magister,
Auxilio fruitur *Martinii* que tuo.
Sic facer, antiquis *sacra* de *stirpe* vocatus
Atque novis *vigas*, vir memorande, viris.

T. Lan. *Coll. Reg. Soc.*

HAbeas & veteres, & vetos interamicos
Te solum colui, dum mihi verba dares:
Plurima verba dare, & simul omnia Vera refetre,
Hoc Etymon Libri, hæc mens geniusq; tui.

Tho. Jackson. C.C.C. Præses.

Ad Eruditum Virum Franciscum Holiokum, *mihi operibus suis publicis, Concionibus sacris, aliàs familiarim notum.*

RErum verba notæ, verborum tanta supellex
Verbo, te doctum, te (*Sacri-Querce*) notat.
Quercus Sacra Jovi, doctissime sancte sacerdos,
Sacra Jovi vero publica musta facis.

Tho. Clayton Medic. Profes. Reg. Oxo. Col. Pembr. Magist.

MUlta sub hac *Quercu* Linguarum oracula nobis
Panduntur: maneat (fœtulæ multa) sacra.

Jo. Bainbridge Med. D. & Astronomiæ Professor Oxoniensis.

PRimus & excellens Etymon Syntagmatis Author
Reddidit incudi, Si vis oppedere, fatre.
Cæsuti? speculum talpæ malè convenit: alis
Non opus est asino, nec bos secat æthera pennis.
Vos quibus est mentis vigor, & cælestis origo
Sit fas affari. Lingua celebrare peritum
Linguis, musarum notum trans æquora Mysten.
Cur non Angle tuis meritos indicis honores?
Iraseor referens, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt: cerno (nec fallor) acutum,
Dispetiam, dignus si non (Holioke) videris
Hexaphoro ferri cum Mecœnate supino,
Hexametro pingi, vel si quid dignius illo,
Alite Maonii versus, Musæve Maronis
Non ejus pennâ qui vult disperdere carmen.

Collegii Vis Calefactio non Mei Inquilinatus Martii. Coventria.

* qui nemini * Lividus amruet, olli volgu' redamruet inde
non recalcitrat, Nil refert; Sociis hic meret ara liber.
τὸν ἐγκέφαλον
ἐν ταῖς πέτραις κρύπτων πεπτωκότα φόβῳ. quem verrucosa
Motatur Antiopa, grumis cor lustificabile fulta.

Ph. white.

Ἐτυμολογικὰ Ὁλιοκιακὰ ἐγκωμιαστικόν.

Ὡς τὸ σὸν μαρόπεσσιν ὁμῶς πτερόεσσιν ἔργον
Ἀρχόμενος πάρα μοῦσα! σὺ δ' ἀθρόος, Ῥιδάρης
Δύσμορος, ἀλλοιοῖς ἐπιμίσγεο φάσγανα δ' ἀσπὶς
Μίχρις πεπτάμενον σεῖο ἈΡΤΟΣ ΕΝΟΕΩΝ ΕΡΝΟΣ
Κάλλος μὲν σοφίαν, μίξα δὲ πολλοῖσιν ἐπίσσας
Τίχνης παντοίης πολυδειδέα λαὸν ἐρωᾶν,
Ἰδ' ἰοῦσύνης πρυτανήϊον ἐπτύμεα πάντα φανύσσει,
Αὐτὸ γ' ἰσαμιὰν πυρίχρω τὸ πρὶν μάλα φαῦλον,
Εὐρύχορον χ' ὁμαλὸν ἐν ἄσπιν δακτυλοδείκτοις,
Εἰ γ' ἐς τις πολυφαμίης ἐν ἀνθρώποις ἔπορε σιγᾶ
Ὄντιν' ἐπισσώσειεν ἀνὰ χρόνον· πολλὰ γ' αὐτὸ
Αὐσονικὴ χαρίζεται ἐπιμόσσει· ἐλλάδα φωνὴν
Εὐρεῖαντο δίοδοι, ἴσα μὴ θελιμοῦσιν
Κεφαλίον γένος ἐντιγὴ ἐνὶ ἤθεσι ἑρμοῦ,
Ἄλλων κἀμὲ καθ' ἕλκεσθαι, ὁμῶς τὸ δὲ πᾶσιν πυίζει.

Gerard Langbaine, Col. Reg.

DICTIONARIUM ETYMOLOGICVM LATINVM, ANTIQVISSIMUM ET NOVISSIMUM, NUNC DENUO SUMMA CURA ET DILIGENTIA AB IPSO AUTHORE AUCTUM ET RECOGNITUM.

A Litera ex Græco ἄλφα, idque ex Hebræo אלף: hoc a, hujus a, & non inclinatur.

A Græcis est inseparabilis præpositio, quæ usitatissimam habet privandi significationem, sive ex ἀστ, sive ex ἄνευ, M. ab in compositione privationem & remotionem significat, interdum perficit significationem simplicis, ut absolvo: servit etiam alii fini, ut gradus cognationum promoveat, ut abavus, sicut Græcis πρόπαππος. Sed a & ab dictiones sunt suapte natura exclusivæ & separativæ, Heb. מן min. A præpositio producitur & gravatur in cõtextu prisc. corripitur autem ita, quia, puta, item nominativi & vocativi, nisi vocativus à nominativo in as, numeralia in ginta communem habent ultimam.

A fuit nota in comitiis & suffragiis legum, qua se cives repudiare rogationem significabant, nam duæ tabulæ dari solebant in quarum altera uti rogas, V R. in altera A. id est, antiquo seu antiquia sequor, nova non placent, scriptum erat.

A litera à Cicerone salutis litera dicitur, quòd nota est absolutionis, ut C. litera tristis quòd nota esset cõdemnationis, & N. L ampliationis, & pro non liquet. A in notis antiquorum, Aulus, vel absolet, vel annus, vel absolvo, item pro aut vel agit & pro ager. In Comitialibus suffragiorum tabellis vim antiquandi, in judiciariis vim absolvendi obtinuit, Briss. AA Augusti vel Augusta; AA Augustalis; AMS amicus, ANN annes vel annorum, AMM amantissimus, AT autoritas tua, ACO accusatio, AM. NT. amicus noster, ANM. anima. AP. Apud. AB abnepos. AD. adnepos, ANT. ante vel antea, ABS. absolutus, ABUC ab urbe condita. A B.V. a bono viro, AG Ager, agrippa, vel Agellius, ago; AC actio; AUC auctoratus, vel auctoritas, autor vel autoritas. AD QSR ad quæstorem; V. Aurelium Prob. Magnovem, Per. Diaconum, &c.

A præpositio ex ab, idque ex ἀπὸ apostrophen passo, ἀπ' ab.

A, ab, abs, præpos. ejusdem significationis; a ante consonantes, ab ante vocales, item ante l r i & S, ut abs culo, ab Sylla & Pompeio Coss. abs ante t & q. & cum Prisciano ante c etiam ponitur, præsertim in compositione; aliq. ante r, ut abs re, i. frustrà: est etiã in compos. ante vocalem, ut absens: *From, after, of, out of, for, as touching, as concerning, as for, by, at, through, with, in, towards, ever since, against, in comparison of.*

A præpositio prima significatione cõnotat terminum loci unde aliquid movetur; ut, redeo a villa, ab agro, venio ab urbe.

A & ab, interdum per quum declarantur, serviuntque tempori significãdo, ut, à parvo te novi, hoc est, cum parvus esses.

A & ad proximitatem loci significant; ut, à theatro venit, i. a loco qui est juxta theatrum.

A & ab, finitum rei alicujus aut temporis terminum significant & ferè sequitur ad vel usque ad, aut aliquod idem possens, ut, à principio ad finem, *From the beginning to the end*, à calce ad carceres, *From the end to the beginning.*

A vel ab junctum cum verbis passivis, causam efficientem, sive personam agentem significant, ut, victus est à Scipione, i. vicit eum Scipio.

A vel ab pro post vel statim, vel cõtinuò post, ut Plin. dulcissimum ab hominis camelinum lac, *Asses milke next after womans is sweetest*, Coop. cujus à morte hic tertius est annus; *from, since, or after whose death*, A jentaculo, *after breakfast*; a tergo, i. post tergum, retrò, ponè, a parte, i. post partum.

A vel ab pro de vel ex, Plaut. ab ostio omnia isthæc audivi, *I heard all this standing at the doore.*

A vel ab pro eo quod est, utiq; cum his verbis, fio, sto, facio, dico, ago & similibus; à senatu stat, *He takes part with the Senate*, Dicere ab reo, *To speake on the behalfe of the party accused*, Hoc totum est à me, *All things make for me*, a nobis fiunt, *It maketh for us.*

A vel ab, à parte vel ex parte, ab Romanis tubæ cornuaque rc. cinerunt Liv. *on the Romans side*, à quæstionibus, à testibus, à voluntate, i. defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius; ab aliquo solvere quis dicitur, si qd. ipse alicui debet, id curet, ut alius pro se ac nomine suo solvat: ab aliquo possidere, pro possessionem ab aliquo certo nactum esse, alicujus certi hominis possessionem obtinere.

A & ab pro ἔνεκα, sive pro quod pertinet ad. Cic. imparatus cum à militibus tum à pecunia, *Unprovided as well of Souldiers as of money*, à me pudica est, *She is chaste for me*, Otiosus ab animo *Idle-minded*, Doleo ab animo, doleo ab oculis, *I am grieved in my mind, I am grieved in mine eyes, or to see it.*

A & ab cum ablativo personæ eleganter domicilium significat, ut, à judice venio, hoc est, à domo judicis, *From the Judges house.*

A vel ab pro versus, Plin. quod à sole fuit, *That was towards the Sunne*, à parte Aquilonis, *On the North part*, à dextra, *on the right hand.*

A pro propter, Ter. à metu infamiæ, *Through, or for feare of infamy*, Plin. à sole dolet, *it aketh by reason of the heat of the sunne.*

A vel ab nonnunquam ponitur pro cum, à potu quidam prandium incipiunt Plin. *Some begin their dinner with drink*, à fronte & à tergo, Cic. *afore and behinde*, à pectore denudari, Cic. *To have their brest bare*, Ab illo friget, *in comparison of him.* Gel.

Ab pro erga, ab infantibus elementissimus, Cic. *Most gentle and mercifull towards infants.*

Quandoque pro præter sive contra, id quod notasse non ab re est, Plin. *it is not besides our purpose.* ab re contra commodum, ab re consulit. Plaut. *He giveth unprofitable counsell*, Liv. ab re pro ob eam rem.

A vel

A vel ab pro contra, ut nonnullis placet, ut Virg. defendo à frigore myrtos, *against, or from the cold*, Ab eo pro ejus, Ter. abibo atque ab eo gratiam inibo, i. ejus gratiam.

A vel ab separationem sign. Ter. ita tum discedo ab illo, *I depart from him.*

A præpositio officiorum & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis aut dignitatibus funguntur, à studiis dicitur esse qui præeruditione & doctrina sua præsert studiis alicujus, puta principis. Ab Epistolis, ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν, qui præsert epistolis, sive ut accipiat, sive ut ad illas respondeat, *a secretary*, à memoria, *A remembrancer*, à cõmentariis, *One that keep th the Princes Register, or Chronicle of Acts.* A Libellis, *A Master of the Requests*, à manu servus, i. a manuensis, *a Clerke at hand alwaies to write.* A rationibus, *an Auditor.* A pedibus, *a page or footman*, A secretis, *a Secretary of State*, A cubiculo, *of the bed-chamber*, A caliculis, ὁ ἀπὸ τῶν κυλίκων, qui præsert caliculis, *A Cup-bearer*, Ab actis, *Registers, Clerks of the assise or peace*, Ab reo pro defensor & patronus rei. ab intestato, i. sine testamento, ab hac, i. posthac. abhinc centum annis, i. centesimo abhinc anno, ab ovo usque ad mala, i. ab initio usque ad finem, ab illo utitur, qui alicui rei suæ usum ademit. Ab aliquo possidere, itinere, actu, ab aliquo uti, ab aliquo aquam ducere, non hoc signifi. i. ab aliquo possidendi, eundi, agendi, ducendi jus causamq; habere, vel etiam ejus voluntate possidere, sed potius alicujus inviti vel fraudati possessionem tenere, per alicujus fundi ire, agere, ex ejus prædio aquam ducere. Ædificatum ab aliquo habet, qui in alicujus licet non consentientis solo ædificium posuit, Sic ab aliquo fundum pro hærede possidere, ab aliquo uti re quapiam dicitur, qui illi præcisè rei suæ usum ademit & retinet. A me solvere, i. de mea pecunia dare: Titio persolvere, i. de Titii nummis persolvere. Ab aliquo igitur persolvere, solvere, dare, re præsentare, numerare, vel suppeditare, est pro aliquo vel nomine alicujus, vel etiam de nummis alicujus solvere; ab aliquo possidere, ab aliquo uti, i. possessionem & usum ab aliquo nactum esse. A certo hærede legare, certo hæredi ut legarum aliq. præstet, mandare sic ut ab illo debeatur solo. A filio legare, i. ita legare ut legatum non nisi à filio accipi possit, à liberis, i. quamdiu liberos habebit.

Ab aliquando pro ex, ut, ab aliqua liberos procreare, i. ex aliqua, A matre recentes liberi sunt recens nati: A cura præstantior, Sacc. sed affectatione & moroficitate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore quã à cura præstantior haberetur, à propinquis opem ferre clienti, i. adversus propinquos, Gel. Esse à milite Macedonio, i. ab comissus vel ex ejus familia, Plaut. à sole miteſcere uvas, Gel. in honore summo est & ab summis viris, Plaut. à Placentia, à Puteolis, i. placentinus, Puteolanus, Cæs. à moribus, à viribus, à fortuna probare milites, Cæs. à Menandro mutat Cæcilius, i. præ Menandro, Gel. A duumviro, pro imperio & permissu duũviri. A capite arcessere cum, res ab eo repetitur quod est in negotio præcipuum. à capite ducere, i. ab origine; à subjecta materia, significatio verborum accommodanda est (quoad licet) ad qualitatem subjectæ in negotiis materiæ. à Milone reus, i. Milone accusatore; à pecunia valere, i. ad pecuniam quod attinet, à valetudine inoffensa vivere, Gel. pro ob, Ovid. tempus & à nostris exige triste malis, i. ob nostra mala, Plaut. à sene foris crepuit, i. senis fores, ab auro fulgor, i. auri fulgor. ab re, i. frustra. à re tua i. propter utilitatem tuam; dum ab re ne quid ores, i. contra honestum & justum. à transenna turdus lumbricũ petit, i. cum periculo. Pla. Bacch. act. 4 sc. 5. à transenna cibum petere dicitur qui periculo est proximus. est autem transenna in tendicula pedica sive funiculus extentus ex eo, apta machinulis quæ adhiberur ad turdos capiendos, à me sentit, i. pro me. Plaut. ab ingenio est improbus & timidus. Plaut. A. T. M. D. O. aio te mihi dare oportere, personalis actionis fuit formula. Valer. Prob. alig. ponitur pro per vel propter, ut, à se cantat cuja fit. Plaut. per se, &c. V. Cal. & Calv. lex Jur. & Jun. &c. Sunt & multæ aliæ harum præpositionum significationes, à lenone manu asserere, *To deliver from the possession of the baud by force.* Plaut. ab illo tibi solvam, Cic. *I will receive money and pay you.* Instructus à Philosophia, Cic. *Well learned in Philosophy.* Invictus à labore, Cic. *Whom no labour can overcome.* Ab exu'e prope esse, Tacit. *To be in ease very nigh to be a banished man.* Ab amore scribere, Cic. *For very love to write.* A matre pulli, i. recentes è nido accepti, Col. 8, 5.

A & ab eleganter utimur cum his dictionibus usque & prope, Cic. usq; à Capitolio. *Even from the Capitol.* tam prope ab domo, Cic. *So nigh from home.* Testamento legat grandẽ pecuniam, à filio, subintellige tradendum, *gives him a great summe of money to be paid only by his sonne, if he have any living, &c.* In compositione hæ præpositiones a, ab, & abs, significant separationem & privationem, sive ab ἀπὸ, sive ab ἀνὺ, à cum m & v consonante solum connectitur, ut, amoveo, amens, avello, ab cum a, d, e, f, i, l, n, o, r, & u, ut, abactor, abduco, aberro, abhorre, abjuro, ablacto, abnuo, abortior, abrogo, abundo, duo sunt ex ab præpositione composita quæ euphoniæ causa b mutant in u, aufero, viz & aufugio. Interdum idem valet quod extra, ut abduco, aliqu. idem quod contra, ut abusus contra usum sig. separat, ut abduco, vel priv. sæpe ut absimilis non similis.

Ab vide A præp.

Ab præpositivis juncta quæ auferendi vim habent, mirum in modum auget, ut abjicio, abhorreo.

Ab in comp. aliq. complet significationem, ut, absolvo, abnumero.

† Aba, Latinis est, quod Græcis πάππας, compellatio quã apud veteres junior ad seniorem fratrem utebatur, sic voce ἀππα, Junior compellabat seniorem, vel parentem, pro ἀππα. Callim. ἄππα, sic soror sororem voce ἄππα affabatur, ducitur ab אבא abah, quod est Syris dilexit, aut ex אב Ab, pater Syr. אבא, Abba, pater: ætate enim graviores sunt tanquam nostri patres, frater autem major aba dictus est, quia in eum præcipua abi, i. patris; dignitas transfertur, ita primogeniti erant familiarum, seu secundi patres, M Gloss πατρια.

† Abacion, p. c. βάκιον, dim. est à nomine Abax, cujus significationem vide in abax.

Abactus, us, m. g. ἀπελασία, מדוח mduch, pro violenta expulsione. *A driving or stealing away of cattell.*

Abactor, oris, m. ex abigo, ἀπελάτης, Ifid. *A stealer or driver away of cattell*, v. Abigeus.

Abactus, a, um, ἀπελαθεὶς, מדוח mduch. *Driven away by stealth or force, dejected, expelled.* Abacta paupertas epulis regum, *Poverty banished from Princes tables.* Abacta nox, pro exacta, abactus venter, id est aborsus, Paul. abacti magistratus qui coacti deponebant imperium, Fest.

Abacus, ci, m. ex ἄβαξ ἄβακος, ex α & βάσις, i sine sustentaculo, Abacus מדוח, *A seat or bench, a square table of stone set upon the chapiters in building*, Plin. *a place made in building of stone to sit on, a seat or bench of marble.* Vitr. *also a counting table, such as Auditors or Astronomers doe use, the art of cunning, a chesse-board, or playing-tables, a dresser*, Macr. *a Cupboard.*

Abăculus, li, m dim. ex abax. *A little table or dresser, &c. also a counter to cast accompt*, Plin. 36. 26. ἀβάκιον.

† Abaddon, ἀπολλύων, perdens, ex אבד.

† Abagio, onis, Var. l. 6. id. quod adagium,

adagium, abagio dicta ab eo quod ambit orationem quasi ambagio, neq; in una aliqua re consistit, Var.

Abaliēno, as, ἀπαλλοτριόω, הוֹר hezir, נכר nchr, (ex ab & alienus) quod nostrum erat, alienum facio, vendo, dis jungo, separo. *To alienate, estrange, reject, seperate, sell*, qui alienam rem vendit.

Abalienor, aris, pass. *To be alienated, &c.*

Abălĭēnatus, a, um, p. מוּר muzar, ἀπαλλοτριωμένος. abalienatus dicitur quem quis à se removit, alienatus qui alienus est factus. Fest. abalienata mēbra, i. emortua. *Alienated.*

Abaliēnatio, onis, f. abalienatio est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, V. Jurisconsultos. *An alienation, &c.*

Abambŭlo, as, Fest. ἀπέρχομαι. *To go away or apart*, Abambulans, p. abambulantes, abscedentes, Fest.

Abămĭta, æ, f. ἡ θεία πρὸς πατρὸς μητέρα (ex ab & amita, est sorror abavi) Just. lib. 3. *The great grandfathers sister.*

† Abanet, vel abnet, vel abanec, Isid. abanes Isa. 22. 24. ex אבנט. *A girdle that Priests wore.*

Abannātio, (mendose abannitio,) onis, f. g. (ex ab & annus) unius anni exilium, propter voluntariam cædē admissam, *A banishment for a yeare.*

Abannatus, vel abannitus, a um, *banished for a yeare*, Abanniti qui in annum exilium missi sunt. *Banished men.*

† Abaphus, i, m. ex α privat. & βάπτω tingo. *Not died or coloured.*

Abaptīstum, ti, n. Cel. ἀβάπτιστον, ab α priv. & βαπτίζω, mergo. *An instrument which Chirurgions use, having a gagge that it cannot goe deep*, inde dict. Cels. ἀβαπτίστου.

† Abaptīstus, a, um. Gr. ἀβάπτιστος *That will not sinke or be driven under the water, or sinke deep.*

Abarceo, es, ui, ere, citum, (ex ab & arceo,) Plaut. *To prohibit or put from, to forbid.* Alii legunt aberceo.

† Abar, ἄβαρ. *A kind of March-pane*, placentæ genus abaraces, Gr. placentæ & massæ quædam.

† Abare, Auson. ex aba. Abare autem est ἀδελφίζειν, i. ἀδελφὸν καλεῖν ἢ τιμᾶν ὡς ἀδελφόν. *To call brother, or to honour as a brother.*

† Abarea, rectius abaraea, ἀβάρεια, festa fuerunt, vel potius sacra à Dionysio Capriæ filio, & Asiæ rege instituta, dict. à taciturnitate qua hæc sacra celebrantur, ἄβαρος taciturnum sign. sed legend. sabazia.

† Abartia æ, f. ἀπλησία, *Insatiablenesse.* V. Lex. Græc.

Abarticulatio, onis, v Dearticulatio,

Abas, bardus, & facer morbus, Ter. V. Lex. Gr. Crisp.

† Abastra, folia vitis, M.S.

Abăvia, æ, πρόμαμμη (ex ab & avia) mater proavi. *The great grandfathers or grandmothers mother.*

Abăvus, vi, m. πρόπαππος dicitur quia abest ab avo, & est avus avi, ex Fest. *The great grandfather father.*

Abăvunculus, li, m. ὁ θεῖος μητρὸς μέγας דוד (abaviæ frater, Isid.) *The brother of my great grandfathers mother.*

Cacozelum, Quint. 8. 3. compta oratio in verbis maximè impropriis redundantibus, comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, vocum ſimilium aut ambiguarum puerili captatione conſiſtit.

Cacozelus, Suet. *One that doth imitate badly, one that is evill minded or affected, one that uſeth new made words.*

† Cactos, κάκτος. *A kinde of thiſtle an artichock, the yew tree*, Plin. 21. 16.

Cacubalum, Græ. ſtrychnos. Lat. quod ſtrumis medeatur, ſtrumum appellatur, Gr. στρύχνον, Label. καταβάλλω quaſi maleficium interpretantur κακὸν βάλλειν, eſt malum emittere, quaſi καταβάλλω, alii legunt cacubulum, & culiculum, gen. herbæ, Plin. l. 27. c. 8.

† Cacubæ, Gl. *The name of certaine ſtarres.*

† Cacuma, Iſid. à ſono fervoris idem quod cacabus.

Cacula, æ, maſc. gen. Plaut. ἀπὸ τῶν κάλων, id eſt, à lignis, qd. ligneis clavis ad tutelam dominorũ armati ſolebant caculæ, παρὰ τὸ χάλασθαι, quod eſt cedere, locum in acie amittere, vel quod καλεῖσθαι, i. imbelles, Sca. l. c. *A ſoldiers ſlave or boy, a page*, inde caculatum ſervitium, V. Feſt. Cacula.

Cacula. *Dry wood.* dim. à Calon. Græc.

Caculatum, n. servitium. Fest. ex Cacula.

† Cacumbeo, as, care, Gl. id. quod cambio.

Cācumen, inis, ex acumen vel quasi capitis acumen, summitas cujusque rei, κορυφὴ. *The top, heighth, or uppermost part of any thing,* Virg.

Cācuminatus, a, um, Plin. ὀξὺς, ὀξυτενὴς. *That is sharp at the top.*

† Cacumina ‹, acis, ad. *Aspiring or overtopping.* Cerd.

Cācuminō, as, Ov. ὀξύνω, κεντέω. *To make sharp or copped.*

† Cacuo. Gloss. παροξύνω, cacuere, id est, coacuere, M. ex Gl. *To exhort.*

† Cacus, κακὸς, malus, Cat.

† Cada arvina, oleum de cada, oleum oxycedri, cadala instituta negotiatio unguedinis, à κέδρος. cadalius, κεδρέτης hujusmodi institor, V. Mers.

Cadabundus, a, um. *Falling often.*

† Cadamitas, æ, f. Isid. id. quod calamitas.

Cădāver, ĕris, neut gen. à cadendo duct. sicut Heb. נְבֵלָה nebalah, & Græ. πτῶμα, alii lepidè quamvis vix verè, quasi caro data vermibus. Serv. à cadendo ducit. *A dead carkas; a carrion, a dead body, a corps.*

Cadaver dicitur etiam de Angelo cadente, Cerd.

Cădaverōsus, a, um. Ter. ἀνιαρὸς. *Like unto a dead carkas, deadly, ghastly, also full of dead Carkasses.*

† Cadax, Gloss *One that is apt to falling.*

Cadens, ntis, particip. à cado. *Falling, deceiving, failing, the latter end of.*

† Cadesa quibusdam veteribus dicitur meretrix, ex Heb. קְדֵשָׁה cedeshah, sanctula, quia minimè sancta, vel parata ad prostibulum & nutum cujusvis, hinc Gr. κάδεσα. *A whore or harlot.* Alsted.

Cadiscus, ci, masc. Bud. à cadus, κάδιον, κάδισκος, Cadiscus, Casau. ex Heb קדש kdsh, vel à κάδος, Syr. כד chad, κάδιον, diminut. à κάδος. *A vessell wherein to lots were put, in election or judgements, whereof there were two, one of acquitting, the other of condemning.*

Cadivus, a, um, Plin. *That falleth of it selfe, transitory.*

† Cadix, Gloss. cadex, codex. *A block, a log, a book.*

Cadmia, æ, fœm. gen. vel Cadmeia terra, καδμία & καδμεία, καδμεία γῆ, à Cadmo inventore, cadmea, id est, Thebana quod Thebis compiosè eruitur cadma. *A stone out of which brasse is tried, brasse ore.* Agr.

† Cadmites, Per. *A kinde of precious stone.*

† Cado, onis, f. Gl. *A brazen bucket or chest.*

Cădo, is, cecĭdi, casum, dĕre, πίπτω, Scal. in Theoph. de plan. διὰ τὸ κάπτειν, ad verbum fit labes cum terra hiat, undè & nostrum cado, χάζομαι & χάω & χάσκω, Æolico flexu, fit enim in omni casu intervallum, unde χάος, sunt tamen qui deducunt ab adverb. κάτω, quia omnia quæ cadunt deorsum cadunt. Vide etiam eundem, lib. 4. cap. 8. de LL. Cado, concido, labor, corruo, præcipito, legitur cum dativo, cadebant mihi dentes. cum ablativ. cadere causâ vel lite, Thebæ cecidere. Cadere item mori, cadet hostia dextra, id est, occidetur, mactabitur, immolabitur. oriri & cadere contraria. de equo cadere, cadunt ex arbore folia, cadere commodè, opportunè, optatè, pro evenire, contingere. cadere in suspicionem pro incidere, venire. cadere formula pro rem ipsam per formulam non rectè explicare. cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire, Cic. nihil mihi felicius cadere potuit. cadere in cursu Cic. dixit pro eo quod est expetita laude frustrari, non cadit in alium tam absolutum opus, i. non potest ab alio tam absolutum opus perfici. *To fall, to slide, to faile, to die, to be slaine, to chance, to belong or agree unto, to fall from, to loose, to be broken, to descend, to move, to come to decay, to perish, to end or finish, to sink in, to be cut down, to waxe long, not to be liked. to be sacrificed.*

† Caduarii. *Men having the falling sickenesse.*

Caducarius, a, um. ut hæres caducarius, Jun. qui sit hæres in ejus bona, qui hæredè caret. Caducarius, ad quem pertinent quæ cadunt, defuncto aliquo, cui non est qui succedat, Gloss. Isid. est item caducarii qui rationes scribunt eorum quæ per mortem militum in legionem cadunt.

Caduceator, oris, m. g. ὑπηρέτης, κήρυξ. *A Messenger, Herauld, or Embassadour sent to treat of peace.* dict. à caduceo quod fert. M.

Caduceus, i, masc. g. & caduceum, i, neu g. Gr. pro caruceum, καρύκειον, Syracusanè & Tarentinè quod aliis κηρύκιον, R. in D. Scal. ex Canin. alii à cadendo quod cadere faciat contentiones, κηρύκειον. *A staffe or white wand which Heraulds or Embassadours carried when they went to treat of peace.*

Caduciger, ĕri, masc. g. ex caduceum & gero. *Which carrieth such a white rod, a signe of peace.*

Cadūciter, adv. i. præcipitanter, Non. ex Var.

Cadūcifer, eri, m. ex caduceum & fero, κηρύκειος. Ovid. *Hee that carryeth a white rod in signe of peace.*

Caducum, quod cadit citò. *The flower or blossome of a tree, also that which is falling, and failing, or dying.*

† Cadulus & Cadiolus, dim. à cadus.

Caduo, Gloss. Cacula. *A servant.*

Caducus, a, um, πίπτων, φθαρτὸς, fragilis, mobilis, mortalis, mortuus, ex cado. *Fraile, fleeting, transitory, ruinous, like to fall, decay, or perish,* caduca hæreditas, & caduca bona quæ ab eo cui jure debebātur in alium ceciderunt. caduca auspicia dicebǎ. cum aliquid in templo excidit, veluti de manu virgæ, caducæ literæ quæ obscuriores sunt, caduca aqua quæ de lacu abundat. Caducus item pro mortuus. *Also that hath the falling evill.*

† Cadula, æ, Gloss. *The dripping of meat.*

Cădurcum, ci, n. dict. à Caducis Galliæ populis. *A tent, or a booth, a stall, a certaine covering, a canopy.* Cadurcum etiam ponitur pro lecto vel toro conjugali. Cadurcum pro tabernaculo institorum sub quo merces suas venum exponunt, à cadendo dict.

Cadurca labra pudenda muliebris, vel sponda lecti, Isid. Gloss. caducum est membrum virile, vel potius fœminæ. V. Cadurcum.

Cadurcus, a, um, ad cadurcum pertinens.

Cadus, di, m (ex Heb. כַּד chad inde, Gr. κάδος.) Matt. *A wine vessell, a pipe or Hogshead, a tub.* continet congios, 10. vel 12.

† Cadus, a, um, Gl. *That is Lunaticke.*

† Cæbus. *An ape with a tayle, a monkey.* Coop.

Cæcatus, a, um, part. à cæco. *Blinded.*

Cæcias, æ, ventus, est Hesych. καικίας ὁ καικίας, ἄνεμος, ὁπὸ τῶ καίειν πνεῖν, Suid. hab. καικίας caicus vel caycus. Nempè ab eo loco spirans, ubi est fluvius ille. *The Northwest winde, a winde which bringeth Raine,* Vide Erasm. in Adagiis.

Cæcilia, æ. fœm. Col. à Cæcitate, dict. *A kinde of venemous blinde worme.*

Cæciliana, lactucæ genus soporiferæ, Plin. l. 19. c. 8.

Cæci-

Cæcĭgĕnus, a,um, à cæco & gigno, Lnc. *Born blinde.*

Cæco, as, τυφλόω, cæcum facio, excæco. *To make blinde.* τύφλω.

Cæcor, pass.

Cæcātum esse, imp. *To be blinde or blinded.*

Cæcĭtas, ātis, τυφλότης, πήρωσις. *Blindeneſſe.*

† Cæcua, noctua quia lucem fugit, tanquam cæca esset, Isid.

Cæcubus, a,um, Mart. ut vinum cæcubum, sic dict. à Cæcubo Campaniæ oppido.

Cæcŭla, æ, f. Isid. serpens, dict. quòd parva sit, & cæca, non habens oculos. *A blinde worm.*

Cæculto, as, Plaut. ὑμβλυώττω, idem quod cæcutio, cæcultans, cæcis proximi sunt, oculorum acie obtusa, ductum à cæculus, id est aliquantum cæcus, idem Fest. cæcultare est cæcos imitari. *Also to play the blinde man.*

† Cæcula, Vide Cæcilia, Isidor.

† Cæcus, udis, m. Gl. *A kinde of blinde worme.*

Cæcus, a,um, Oculis captus, visu carens, Isid. cæcus appell. quòd careat visu. Perot. à cædo cæcus, quod sit oculis concisus, quamvis alii cæcum quasi oculis captum, alii qu. carentem oculis appell. velint cæcus, τυφλός, ὁμμάτων, πηρός. Plaut. eme die cæca hercle olivam, id vendito oculata die, id est. *Buy for day, and sell for ready money.* Mar. cæcus à κεκαυκται, sicut τυφλὸς à τύφω fumum excito, quòd fumus & ignis visui officiunt. cæcum intestinum quod inter ilion & colon situm parvo oblongoque ventri simile est, cæcum appellatum ab eo quod ingressum exitui adversum non acceperit, sed hos tam vicinos habeat, ut plerunque in unum coire, & exitu carere videatur. cæcus oculis captus, carens visu, aliquandò insidiosus, occultè malus, latens, tacitus, qui videri non potest. Fest. cæcum vallum dicitur in quo præacuti pali terræ adfixi herbis vel frondibus occultantur. Cæca vox quæ mox ut emissa fuerit conticescit, cæca gemma quæ densitate obscurata, Pl. eme die cæca olivã, id vendito oculata die, id est, præsenti pecunia. Contra die cæca, id est, pecunia non numerata, sed dilata solutione. cæcum cubiculum, cæcus paries, quæ fenestram non habent, cæca testimonia quæ scripto prohibentur absentibus, cæcus dator cujus causa ignoratur. Generaliter cæcus qui caret lumine, quo videat aut videatur: cæcus animo dicitur qui caret lumine intelligentiæ. *Blinde, blinded, obſcure, dark, hidden, bewitched, ignorant, in certain, privy, inviſible, covered, vain, that loveth darkneſſe, that is hidden from the ſight, confuſed.*

Cæcŭlus, a, um, adj. *Somewhat blinde.*

Cæcutio, is, ivi, ĭre. Var. τυφλόω, parum video, tanquam ex parte cæcus, ἀμβλυώττω. *To waxe blinde, to be dimme ſighted, to ſee but a little, not clearly.*

† Cæda, æ, fœm. Gloss. *Dimneſſe of ſight.*

† Cædes, is, φόνος, κλόνος, à κτείνω, Fest. vel à cadendo, nam occisi cadere dicuntur. Cædes est actio cædētis, & passio cæsi, & status eam consequens, ferè de φόνῳ dict. ponitur pro prælio, κοπῇ, σωτερίᾳ, πλαγῇ. cædis absolvitur qui insons judicatur etsi morte affecerit aliũ, Mart. sign. & sanguinem, occisionẽ, mortem vi illatã. *Slaughter, killing, murder, bloud, alſo cutting or felling.*

Cædicula, dim. à cædes.

Cæditiæ tabernæ, dict. à Cæditio quodam homine.

Cædo, i. cecidi, cæsum, cædere, Scal. 24. & 28. πλήσσω, τύπτω, μαστιγῶ, cædo, ex gr. κείνω, occido, sic quidam apud Fest. leg. cædo sign. primũ percutio, ictũ imprimo, verbero, occido, macto, immolo, frango, consumo, Non. Item præcido, urgeo, premo, Gloss. cædit & δέρει, κόπτει, Fest. absolutè, est ferula vel virga castigo. Item tundo, seco, à græc. κτείνειν, ut apud Fest quidam leg. Pec. a קָצַץ chid. *To beat, ſcourge, ſtrike, to beat, cut, to digge, to kill, to urge, to convince, to ſtrike.* Usurp. pro frango, amputo, præcido, item occido. vide cædes.

Cæduus, a, um, adject. Pl. κατατμητὸς, τμηταῖος. *Uſed to be cut, felled, lopped.*

† Cæta. *A kinde of beard.*

Cælămen, ĭnis, neut. Ovid. γλυφὴ. *Engraving, ſealing.* vide Cælatura.

Cælastis, pro Cælaveris, Festus.

Cælător, ōris, masc. Verbal. à cælo, γλύπτης. *An Engraver, or Carver.*

Cælātūra, æ, fœm. Pl. γλύφη, γλύμμα. *Engraving, the Art of Engraving.*

Cælātus, a, um. κοιλωτὸς, γεγλυμμένος, *Engraved, carved.*

Cælebs, potiùs cœlebs, ἄγαμος, ἀγυναῖος, ex κοιτελὴς, Κοίτη est lectus, λείπω linquo. dict. quod cœlo vitam dignam agit, qui coitu careat, Scal. ex Κοίλη, carens concubitu, ut ex αἰγίλιψ, carens capris, κοίτη, κοῖλος, unde ὀρεσκῷος, in montibus cubans. *An unmarried or ſingle man, a batchelor that hath not a fellow, alone, ſolitary.*

† Cælaria, pl. Gloss. *The neckes of birds decked with divers colours.* Ter.

† Cæles, Gl. *A bird.*

Cælestis, te, ad, à cœlum, divinus, ex cœlo proficiscens, ἔφατος. *Celeſtiall, divine, heavenly, excellent, belonging to Heaven, a God.*

Cælestissimus, a, um. *Moſt heavenly.*

Cælia, æ, potus genus ex frugibus confecti, Pl. l. 22. c. 25.

Cælibaris, re, vel celibaris, ris. cælibaris hasta dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro nova nupta esset conjuncta, vel quod fortes viros genituros ominetur, vel quòd nuptiali jure imperio viri subjicitur nubens, quia hasta summa armorum & imperii est. Vide Fest. V. Cœlebs.

Cælibātus, us, m. ἀγαμία, ἄζυγία, *Single life.*

Cælicola, c. g. ex cælum & colo. Virg. οὐρανίων. *That dwelleth in Heaven, a Saint, a God.*

Cælicus, a, um, idem quod cælestis.

Cælis, vel cæles, tis, idem.

Cælifer, ra, rum, ex cælum & fero, Virg, οὐρανοφόρος. *Bearing or upholding Heaven.*

Cæliger, ra, rum, idem.

Cælites, cælitum, οὐρανίωνες, οὐρανίδαι. *Saints, Gods, inhabitants of heaven.*

Cælite, sing. Ovid. idem quod cœleste.

Cælĭtùs, adv. Hier. οὐρανόθεν. *From heaven.*

Cællo, as, vel rectiùs cello, ex cædo, cello, is, antiq. solum in compositis usitat. fig. percutio, frango, πλήσσω, τύπτω, præterit. ceculi vel culsi, sup. culsum, hinc, compos. percello, præcello, procello, recello. *To ſtrike, beat, &c.*

Cælo, as, Fest. ancæsa dicta sunt ab antiquis vasa, quæ cælata appellamus quòd circum cædendo talia fiant, ipsum quoque verbum cælare ab eadem causa est dictum, D. litera cum L. permutata, qua Cæsare à cæsum, cædo, Bec. Per. item à cædo, Var. á cœlum, γλύφω, ἐγκόπτω. *To engrave, carve, garniſh.*

† Cæltes, instrumentum ad sculpendum aptum, quidam à cælo, alii à cællo deductum putant, C.

Cælum, li, neut. gen. potiùs cœlũ, & cœli, orum, plur. à Græc. κοῖλον, à concavitate, alii cœlum quòd sit stellis undique cælatum & ornatũ, ut mundus ab ornatu, Fest. cahum poetæ cælũ dixere à chaos, ex quo putarunt cælũ esse formatum, Var. à chao cavum, unde cœlum quod sit cavum, cœlum οὐρανὸς, synecd. πόλος, al. dict. put. quòd non celetur, i. occultetur, interdum sumitur pro aere, item pro terra, Cal.

Heaven, the Firmament or skie, the welkin, the aire, the weather, also the Earth.

Cælum est instrumentum latomi, quo lapides cædit & polit, τορεύτον, γλύφειον, Mat. à קלע kalang γλυπτήριον. à cædo. *To cut.* M. à קלע kalang, γλύφω. unde Arab. מקלע miklang, cælum. cælam prò suprema mundi parte. V. Cœlum.

Cæmenta, æ, fœm. Vide cœmentum.

Cæmentarius, ii, m. γλυπτογλύφος, τεκτονικός. *A rough mason, a maker of walls, a pargeter.*

Cæmentum, ti, neut. gen. χάλιξ, à cædo quod cæmenta sunt parvi lapides cæsi apti ad ædificandum. *Morter, clay, parget, any stuffe whereof a wall is made, as stones, rubbish, a rough stone unhewen, also a wall made of such stuffe.*

Cæmentitius, a, um. Vitruvius. χαλικώδης. *Rough or made of ragged stones or morter, or rough cast, &c.*

Cæpe, v. cepe. *An Onion.*

Cæpto, v cœpto, incepto.

Cæpus. *A beast like unto a Satyre.* Strab. l. 17.

† Caioli, v. Gaioli.

Cæpula, parvum cæpe.

Cæpitius, a, um. *Of Onions.*

Cæpētum, cævetum. *An Onion bed.*

Cæpina, æ. *A place set with onions.*

Cæra, vide cera.

† Cærea, f. Gl. *A kinde of colour to paint withall.* ex cera.

† Cærago, liquor ex favorum concavitatibus, sapori is amari.

Cærefolium. *A kinde of hearbe.* V. chærefolium *Chervill.*

† Cærinthe. *Three leaved grasse.*

Cæremonia, æ, fœm. gen. (Fest. dict. vel à caritate, vel ab oppido Cære: Cæres veteri lingua sanctus à quo cæremonia, ut à sanct. sanctimonia, vel à cærere cæremonia. Vide Scaliger. Cæremoniæ à Cæretibus Hetruriæ Pop. appell. quòd hi capta & occupata à Gallis Roma sacra Romanorum à Vestalibus invecta benignè acceperint, atque adeò reservarint donec Camillus recuperasset patriam, Liv. ab urb. l. 1. c. 5. memores ergo Quirites tanti beneficii, omnia postea ad cultum religionis pertinentia vocârunt cæremonias, alii à carendo deduct. non potest enim religio exerceri, illis destituta & carens) *Superstitio, ritus. Ceremony, right, custome, holinesse, religion, pompe.* V. Cerimonia.

Cærites, plur. masc. gen. cærites Tabulæ vel potius cæritū seu Cæretanorum pro parum honorifica conditione dicuntur. Strab. lib. 5. Gel. 16. 13. Tabulæ cærites appellatæ in quas Censores referri jubebant quos notæ causa suffragiis privabant. *Tables of accounts,* à Cære oppido.

Cæremoniosus, a, um. *Holy, &c.*

Cærinthus, κηρίνθη, flos quidam æstivus, Theopom. Item κηρίνθη, mellificium, apum cibus quidam.

Cærium, v. cerium.

Cæroma, v. ceroma.

Cæruleum, ei, neut. Plin. l. 33. Cap. 12. & 13. *A kinde of sand found amongst the oare of gold and silver, used of Painters.*

Cæruleus, a, um dict. à cælo. κυάνεος, χαροπός. *Elew, azure, marble colour, of a colour like the skie, or like a deepe water.*

Cæruleatus, a, um, Valer. Pat. χαροπός, *Skie coloured, dyed like azure.*

Cærulus, vel cærulum, vel cærula in pl. Virg. pro mari accipitur.

Cæruleus, a, um. θαλασσικός, idem quod cæruleus.

† Cæsa, quæ & incisa vocantur sunt particulæ orationis quas Græc. κόμματα vocant.

Cæsa, Var. Gallica tela, quæ eorum lingua gæsa dicuntur.

Cæsalis lapis. *A stone which is set for a land marke.*

Cæsale, pro caseale. Vide Cæsitium.

Cæsariatus, a, um. Plau. *Which hath or weareth long haire.*

Cæsaries, ei, fœm. קרדן karach, κεφαλὴ κομῆ, à cædo, is, comam sig. quæ cædi solet. *A bush of haire on a mans head.*

Cæsar. *A Prince.* Fest. dic. quia cum Cæsarie natus est. Vide in propriis. Inde Cæsarius, a, um. *Of, &c.* & Cæsareanus, a, um.

Cæsim, adverb. à cædendo, κεκαλικῶς, πελέκων, *Edging, with the edge towards as one would cut, chopping-like, briefly.*

Cæsio, ōnis, fœm. gen. à cædo, Idem quod cæsura, Col. τμῆσις. *A cutting, a lopping, a stripe, cut or gash.*

Cæsitium, ii, n. à cædendo quod ita ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat. *A cloath beaten in a bucke, or a cloth jagged and cut.* Plaut.

Cæsius, a, um. Ter. cæsius color, à cœlo quasi cœlius qui cœli speciem habet, γλαυκὸς. *Gray-skie colour.* V. glaucus.

Cæso, onis, m. qui cæso matris utero natus est idem quod Cæsar. *One that is ripped out of his mothers belly.* Plin.

† Cæsonia, quædam caruncula in fronte equipulli. v. Cat.

Cæspes, itis, masc. à cædendo, cæspes est terra in modum lateris cæsa, cum herba sive frutex recisus, & truncatus est, βῶλος, χορτόπλινθος, Per. quod pedem cædat, i, percutiat. Isid. *A green turfe.*

Cæspito, as, παραπροσπταίω ἐαδίως, est cespitare, quasi ad cæspitem offendere vel in cæspitem ferri, indè cæspitatores equi dic. qui sæpe in cæspitem vel lapidem pedes impingunt. *To stumble.*

Cæspititius, a, um. ἐκ τῆς βώλου πεποιημένος. Flav. Vop. *Made of grene turfes.*

Cæstrum, masc. gen. à cædo, Plin. exponit circulum, id est ferramentum quo ebur cæditur & cavatur, Lib. 35. 11. *An instrument to bore with, a piercer, a bodkin, a wimble a steelette.*

Cæstus, us, masc. gen. πυγμὴ, genus est clavæ, à cædendo, quia ad cædendum seu pugnandum est comparatus. *A kinde of club having plummets of lead fastned to it, used in games of activitie, a whorlebat.*

Cæsum. *An incision, a comma.*

Cæsuliæ, à vetustissimis dicti sunt qui cæsiis sunt oculis, Fest.

† Cæsulus, a, um, Gloss. *Of gray colour.*

Cæsum, i, neut. gen. substantivè sunt res cæsæ, ut arbores, carbones, item incisum vel κόμμα, ut comma à κόπτω ita cæsum à cædendo, item veteribus cæsa pro gæsa, vel gesa, teligenus. *A part of a sentence containing no perfect sense, things cut, also a kinde of weapon.*

Cæsura, æ, fœm. gen. à cædo, τμῆσις. *A cut, an incision, a carving or ingraving or inlaying a peece of a sentence or verse.*

Cæsus, a, um. particip. à cædor. *Cut, beaten, slain, graven, sacrificed.*

Cæsuratim, adverb. Sid. συντόμως. *Briefly, succinctly, by short sentences.*

Cæsuratum vas. *A vessell cut or notched about.*

Cæsus, a, um. part. à cædendo, κεκομμένος. *Cut, beaten, graven, slain, sacrified.*

Cætera, adv. Virg. πλὴν. *Furthermore, henceforth, in other things.* cætera etiam quandoque ponitur adverbialiter pro deinceps, Virgil. cætera parce puer bello.

Cæterò, adv. Plin. εἰς τὸ λοιπὸν. *As for, as for the rest.*

Cæteroquin, vel cæteroqui, adv. pro alioquin, εἰ δὲ μή. *Otherwise, in other things, besides this.*

Cæterum, adverb. μέντοι, ἀτάρ, πλὴν. *But yet, besides that, nevertheless, notwithstanding, moreover.*

Cæterus (vel cæter) cætera, cæterum (à Græc. κοιὸς ἕτερος id est & alius) λοιπὸς, ὁ ἄλλος. *Other, the residue, another the remnant.*

Cætra, vide cetra.

† Cæ-

Cætum, cætum crudum, Gloss. *Greene or undried salt-fish.* Vide Cete.

Cævere obscœnum verbum est, vide cevere in cevo.

Cæyx, cæycis, genus avis, ex κηΰξ, cex, avis quæ & ceux κήυξ & κηρύλ& sive κήρυλ& dicitur. ceyx halcionum mas. Plin. l. 10. 31. ex Arist. hist. l. 9. c. 14.

Caia, domina, caiare apud veteres erat inhibere, coercere, compescere, Fulgent. Cajeta coartrix actatis, Cajatio puerilis, Gloss. caikai cancelli, Scal. lect. Auson. l. 2. cap. 22.

Cala, æ, f. Luc. l. Sev. calas diceb. majores nostri fustes quos portabāt servi sequentes dominos ad prælium, unde etiā calones dicebantur, nam consuetudo militis erat Romani, ut ipse sibi arma portaret & vallum quod dicebant Calam, Lucil. scinde puer calam ut caleas, id est, ô puer frange fustes & fac focum ducitur ex κάλον qd est lignum, ex κάω uro. *A staffe or club which servants carried waiting on their masters in the wars, a billet of wood.*

† Calabotes, κολαβώτης, Hes. piscis quidam lacertus, stellio genus bestiæ.

† Calabarrunculi & calaburriones vox ficta à Laberio, Gel. 16. 7.

Calabra curia dicebatur ubi tantum ratio sacrorum gerebatur, ἱερέων βουλή, à calando quòd ibi ante festorum cognitionem pontifex convocatâ plebe pronunciabat, quot dies inter calendas & nonas intercederent.

Calabri versus obscœni, à Calabris populis Italiæ qui delicatè vivebant. Calabris ventis siccis, Calaber homo barbarus.

† Calabrice, spina sylvestris. v. P.

† Calabrio. *A kinde of bird* Cat.

† Calabrium, idem quod lonchitis aspera.

† Caladrius avis. V. Chaladrius.

† Calagia, æ, f. Gl. morbus in oculorum superciliis.

Calæis, κολαΐς, Lapis cujus meminit, Plin. lib. 37. cap. 10. hinc κολαΐν&. Dioscor. 5. calino colori similis.

† Calama, æ, Gr. ἀπὸ τῦ κάλ&. *Calamus.*

† Calămācus, ci. *A kinde of close mitre.*

† Calamagrostis, κολαμάγρωστις. gramen arundinaceum, genus herbæ, Dioscor. l. 4.

† Calamaia, κολαμαία, genus locustæ in calamis nascentis. Hesych.

† Calamancus, masc. Gl. *A kinde of cap.*

† Calamantius, masc. *An Organ player.*

Calamarium, ii, neut. gen. & calamaria theca, à calamo, Sueton. κολαμάριον, atramentariū, theca calamorum, κολαμοθήκη. *A pennar, or a case to put pennes in, used also for an inkehorne.*

Calamarius, a, um. Suet. *Of or pertaining to pennes or quills, or pen and inkehorne.*

Calamaticus, a, um. *Of or belonging to a close mitre.*

† Calamenthum, i. neut. gen. & calamentha, Col. 4. 27. calamentha ꝑ onuntur pro fragmentis veterum calamorum, hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis hoc est arundine fiebant. *Proppes, vnderfetters.*

Calametum, κολαμών, idem quod calamenthum. Col. 4 & 27. sarmentis calametisque vineta liberare.

Calaminaris lapis, Plin. *A stone, out of which brasse is drawne.*

Calamintha, & ca'aminthe, es, κολαμίνθη species minthæ, vel pulegii. Dioscor. 3. 14.

† Calamiscus, ci, Græc. ex calamo, Gloss. *A little candlestick, a little reed.*

Calamistraculus, a, um. *Somewhat frizled.*

Calamistrātus, a, um. *Frisled, crisped, curled, trimmed.*

Călămistro, as, τὴν κόμην ἑφαίνω. *To frizle, curle or crispe the haire.*

Calamistrum, stri, neut. Scal. ex κολαμάω. Var. quod calfactum in cinere quo capillus ornetur, vel à κάλαμος. Non. calam fistula brevis qua cirri continentur, Isid. calamistrum est acus quæ calefacta, & adhibita calefacit, & intorquet capillos. Idem etiam Peret. κολαμίς, κολμώτριον. *A crisping pinne, a bodkin or iron to frizle and trimme the haire with.* Legitur Calamister, masc.

Călămĭtas, ātis, fœm. gen. (à calamo quod segetum calamitas miseriam præsagit, al. ex בָּלַק makal vel קָלָם vel kalam Au. est n. calamorū, id est, segetū comminutio à grandine seu tempestate facta) παρὰ τὸν κολαμῶν, χαλάζα, δυσυχία, λύμη. *A lodging or lying of corne by reason of tempest, a beating downe of woods, calamities, ruine, misorie, trouble, damage, distresse.*

Calamitæ, Pl. l. 31. c. 7. ex calamo sic dict. quod inter calamos versentur. *Little frogs living among greene corne.*

Calamites, gemma à calamo nomen, quod plures simul junctæ inveniantur, Cal. Plin. 37. 10. *A kinde of gemme.*

† Calamatissum, n. Gl. *The beatbe Nepeta.*

† Calamito, as, δυσυχέω. *To make wretched.* Cat.

Călămĭzo, as. *To pipe or sing.* Cat.

Călămitōsè, adverb. δυσυχῶς, ἀθλίως. *Miserably, pitifully.*

Călămitōsus, a, um. adj. δύσκυρος, πολυπόνηρος, δύσμορος. *Destroyed with tempest, tempestuous, troublesome, miserable, full of calamitie, dangerous, hurtfull.*

† Calamo, as. *To gleane corne.*

† Calamochanus, Plin. l. 22. c. 10. Lat. adarca, κάλαμος & χάνος, lanugo. V. Adarca.

† Calamæa, æ, vel Calamæis, genus locustæ in stipulis nascentis. H.

Călămus, mi, m. κάλαμος, arundo, culmus, Etymol. παρὰ τὸ κλᾶν δύνειν, quòd bene metatur, ex קָנֶה קָנִים calam קוֹלְמוּס calemos, plur. קוֹל מִים colmosin, calami. Arab. & Chald. Ber. in prima lingua מַקַל makal, & קָנַל camal, calamitosus fuit. sagitta, stipula, fistula, penna. *A reed, a cane, a straw or stalke of corne, a pipe, a quill, a penne, an angle-rod, or like a rod: any thing for shape and hollownesse like a cane or reed: a lyne-twig; a graffe or scions: a dart, or arrow: a stile or manner of writing: a pole or rod to measure with.* est etiā calamus mensura sex cubitorū & palmi.

Calamus odoratus, Plin. κάλαμος μυρεψικός. *A sweet gemme.*

† Calandra, avis alauda, vocab. Gall. Gesn.

Calantica, (ἱμάτ& Ζάνης, seu tegumentum capitis, Heb. צָנִיפָה tsaniphah, Græcis ταραπὴ tegmen muliebre quod capiti annectitur, fort. à pulchritudine quam Græci κάλλ&, vel à κρύπτω, quod sit quasi nidus capiti, Mart. ex κοιλὸν & ἀνέχ&, quod fuerit quasi flotibus variegatum vel floridum.) *A coyfe, veile or hood, which women vse to wear vpon their heads.*

† Calastaster, Cal. ex Vitr. *That hath a shrill voyce.* Coop.

† Calasyris, Gr. vestis linea ad talos demissa. *A linnen garment hanging down to the feet.*

Calasis, Græc. κάλασις, tunicæ genus, etiam nodus tunicæ muliebr. quo connexa circa cervicem tunica submittitur. Scal. chalasis Græc. χάλασις, laxamentum tunicæ nodo retentum. V. Fest. κολάσεις.

† Calasiica, orum, Gloss. *Purging Medicines, Ointments.*

Calatacomitia. *Assemblies for the election of Bishops or Flamines,* Gell. l. 15. c. 27.

Calatha, v. Calathus.

Calathiana, æ Plin. l. 21. c. 6. violæ genus à calathi figura, Fest.

Calathiscus, dim. à calathus κολαθίσκ&, parvus calathus.

Calatiæ, ἀταξίαι, ἀσυχεῖς, à caleo, vel κολάω, homines lascivi.

† Calaticum hordeum, Gl. *Barley that hath double rowes in each eare.*

Calator, ōris, m. ἀπὸ τῦ κελεύω, κλήτωρ, κλῆτωρ, κλήτωρ dict. quod semper vocari possit ob necessitatem servitutis, vel à calare quod ejus usus esset in aliis vocandis M. *An Apparitor, a Bayliffe, a Cryer, an Officer attending, a Servant ready at hand when he is called, a Clerke or Deacon.* vide Scal. in Fest.

† Calatum, leve gestamē ex ligno aut ex junco factum in quo vel pensa ponuntur vel leguntur flores, κάλαθος n. Gr. lignum est inde calatum. Latinè quasillum dicitur.

Calatus, a, um. *Called.*

Calathus, thi, m. κάλαθος, παρὰ τὸ καλεῖν, q. sit à ligno contextum, B. *A basket, hampier or pannier.*

† Calannæ, arum, Gloss. *Solitary and secret places,* fort. à Calaunea insula, vel q. Celaunia.

† Calazia, Hesych. gemmæ genus.

Calbei armillæ dicebantur, quibus triumphantes utebantur, & quibus milites ob virtutem donabantur, Gl. calbæ κάσμοι, Scal. ex Suet. legit Galbei.

† Calbitio, onis, † dolor, T.

† Calbo, onis, m. canis. T.

Calcaneum, ei, neut. & calcaneus, ei, masc. πτέρνα, à calx, Virgil. *The Heel.*

† Calcanthum, i, n. *Shoomakers Blacke, Vitriol.* Coop.

Calcar, āris, n. item à calx, quod ad calcem alligetur, κολεκτῆρ, κέντρον. *A Spurre.*

Calcaria, locus in quo calx coquitur, appell. calcaria fornax, Pl. κάμινος ἀσβέστου. *A Lime-pit, or Lime-kill.* Tert.

Calcarius, ii, m. γυψοποιός, Car. à calce. *A Lime burner, he which worketh in Lime.*

Calcarius, a, um. ὁ τῆς γύψου, Plin. *Belonging to Lime.*

Calcatio, onis, f. ex calco. πάτησις. *A treading or stamping.*

Calcata ædificia dicuntur calce contecta, calicata, Fest.

Calcatæ, arum, f. Hirt. *Bundles of Straw or Bushes.*

Calcātōrium, ii, n. Pal. à calcando, id est eundo, vel opere calcato, id est, loricato quo conficiebatur, κάμινος γυψοποιός. *A Lime pit, a Lime-kill; also a place where Grapes are stamped.*

† Calcatripha, σκάφινον. *The bearbe Larks spurre,* Dod.

Calcatura, ἀκροπατήσεις. *A selling or pargetting* Cerda.

Calcatus, a, um. vel calicatus, vel calecatus, Scal. ad Fest. *White-limed, seeled, pargetted.*

Calcatus, a, um, ex calco, πατέρων. *Trodden on, trivial, common, vulgar.*

Calcĕāmen, ĭnis, n. Pl. ὑποδήματα. *A Shooe or Socke.*

Calcĕāmentum, ti, idem.

Calcĕārium, vel calciarium, ii, n. in singulari numero pluralis vim habet, quemadmodum & vestiarium. ὑποδήματα, ὑπόδησις. *Shooes sufficient for one man to have at a time.* Varro *saith, that regularly it should be a place to keep Shooes in or that hath Shooes in, and so it may be used: also allowance for to buy Shooes, a Shooe or Socke.* Suet.

Calceatus, us, m. Pl. idem.

Calcĕārius. *A kinde of Shooe.*

Calcĕātus, a, um. *Shod.*

† Calcedo, ĭnis, Gloss. *A Stone shining like fire.*

† Calcendix, icis, P. conchæ genus.

† Calcens, ingeniosus, Gloss. T.

† Calcenterius, ii, m. Gloss. à calculo. *A Caster of Accounts.*

Calceo, as, āre, vel calcio, as. Plin ὑποδέω. *To shooe, to put on Shooes or Sockes.*

Calceolārius, ii, m. Plaut. ὑποδηματοποιός. *A Shoomaker.*

Calceolus, li, n. ὑποδημάτιον. *A little Shooe.*

Calces, ampullæ plumbeæ, Fest. M. leg. calpes. Calces Gallicæ militum Isid.

Calcifraga, à calculis frangendis ψαμμιτον, vide Jun & Mart. ex Diosc. *A kinde of hearbe.*

Calceus, i, m. calx, (dict. à calce quoniam munit calcem, ὑπόδημα, κρηπίνιον, vel κρηπίς, vel κρηπῖδ, à κράνον lignum, quod ex ligno primitùs fierent, ut πέδιλον à πούς. Calceus indumentum pedis quod sit é pellibus animalium, à calce quem scilicet præcipuè munit, Isid. caligarius (Mart. legit, calcearius) non à callo pedū, sed à calo, id est, ligno, vocatus, sine quo calceamenta confui non possunt, quod Græci κρηπιδόσιον dicunt, fiebant autem priùs ex κάλω calo tantum, hinc & calceamēta dicta quod in calo, hoc est, ligno, fiant, vel quod calcentur, Hesych. κάλπαι ὑποδήματα κοίλα. *A Shooe, any thing worne on the foot.*

Calcinatus, a, um. *Done into powder, beaten small.*

† Calcinella. *A kinde of fish.* Ges.

† Calcitio, m. Gloss. gemma, item rusticus, eo quod duē calcit. Vide Calcitro.

† Calcitis, gemmæ genus, Gloss. Vide Chalcites.

† Calcitrātus, us, m. Plaut. λακτισμός, πλῆγμα. *A kicking, spurning, winsing.*

Calcitratus, a, um. *Kicked.*

Calcitro, as, Plin. i. calce percutio, λακτίζω, σφηνίζω. *To winse, kicke, spurne, carriere, curvet: to refuse with disdaine.*

Calcitro, ōnis, m. Plaut. σφηνιστὴς, λακτιστής. *A winsing Jade, a kicking Horse.*

Calcitrōsus, a, um. Col. qui sæpè calcibus ferit, λακτιστής. *Striking, spurning, kicking or winsing much.*

† Calcitus. *A kinde of Gemme.*

Calco, as, āvi, ātum, āre. ex calx, i. e. calce premo, calcem pono, πατέω, τρίβω. *To spurne, stampe, trample, subdue, to contemne, to go or tread upon or down, to tread under foot.*

† Calcoanus, nigra gemma est, sed lapidi illisa æris tinnitum reddit, Isid. chalcophanus.

† Calcophorum. *A kinde of gem.*

† Calcos. *A kinde of Gemme,* vide Chalcos.

† Calcūla. *A Souldiers Boy.*

Calcularius, a, um. Modest. *Belonging to Accounts.*

Calculatio, ōnis, m. ψῆφος λόγου. *A casting of Accounts.*

Calculātor, ōris, m. Mart. λογιστὴς, ψηφιστὴς, à calculis, h. e. lapidibus minutis, quos antiquitùs manu tenentes numeros componebāt. *A caster up of accounts or reckonings.*

Calculātrix, īcis. *She that casteth Accounts.*

Calculo, as. Veget. ψηφίζομαι, numero calculis, ineo rationem, legitur & calculor ψηφίζομαι. *To cast Accounts, to reckon.*

Calculōsus, a, um. Col. λιθώδης, λιθιῶν. *Full of stones or gravell, subject or troubled with the Disease of the Stone, breeding among stones.*

† Calculōsitas, ātis, Gloss. *Full of stones or counters; stony.*

Calculus, li. ψῆφος, λίθισμα, lapillus calci molestus, apud Prisc. Turne. in Lucil. calces pro calculis, unde & calculi nomē per dim. vide Fung. dicitur à similitudine calcis per diminutionem, qu. parvus calx. Isidor. calculus est lapillus terræ admistus rotundus atq; durissimus, & omni puritate levissimus, dict. quòd sine molestia caletur. Idem al. calculi dict. quòd per vias ordinales qu. per calles eant, quoniam autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur. album calculū addere, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι pro approbare, calculus pro suffragio, calculū de se permittere, *to give himself to be judged or censured by another. A little short Peble stone, the stones in the Reines, or Bladder, cheese men or tablemen, counters to cast accounts, accounts, triall, reckoning, a small weight, a reason, coste, revenew, vent, a sentence in absolution or condemnation.* Calculis olim sententias & suffragia colligebant, candidis absolutionem nigris

nigris condemnationem ſignificantibus,al. *A diſeaſe called the Stone.*

† Calers quarta pars circuli.

Calda,æ. id eſt,aqua calida. *Hot water.* Jun.

Caldarius,a,um. πυρεκτικὸς, θερμαντικὸς. caldæria cella in qua calida lavabantur. caldariũ æs, ex quo caldaria,hoc eſt,ahena fiebant, Pl. unde caldarium, ſubſt. alienum quo aqua calida hauritur,vel in quo aqua igni admovetur. *Belonging to heat,or pertaining to a cauldron.* Unde

Caldariũ, χαλκεῖον, æs quod tantũ funditur, Plin. Seneca. quaſi calidarium. *A Cauldron or Kettle.*

Caldariolum,li,neut. Jun.dim. à caldarium.

† Caldicum,foris deambulatoriũ. *An open walk.*

† Caldicum,M. puto ubi calidum eſt in patenti loco petibulum.

Caldor,oris,Var.vide Calor.

Caldus & caldior, pro calidus & calidior,Var.

† Caldutera,Gloſſ. M. legit caudatura.

† Calebra,æ, fœ. Gloſſ. equitum cohors.

† Calecantum,ti,n.Glo. *A kinde of earth like ſalt.*

Calẽfacio, is,& calfacio, ex caleo & facio. θερμαίνω. *To make hot or warm,alſo to vexe or ſet one in an angry or chafing heat.*

Calefactio,onis,fœm.verb. Dig. θέρμανσις. *A warming,an heating.*

Calefacto,as,Hor. *To warm or heat often or much.*

Calefactor,paſſ. & calfactor. *To be made hot.* Inde

Calfactandus,a,um. *Due to bee heated.*

Calefactus, a, um. vel calfactus, Ovid. θερμαντικὸς. *Heated, warmed, chafed,augred,ſtirred up.*

Calefactus,us.m. verb. à calefacio,Plin. θέρμανσις. *An heating or warmneſſe.*

Calefio,is, factus ſum, fieri, θερμαίνομαι, θλάπτομαι. *To be made hot, to be warmed or heated.*

Calendæ,arum,fœ. καλάνδαι, à calo,as. primus dies menſis, ab eo quòd hoc die calentur dies menſis à pontificibus, nonæ, quintanæve, an ſeptimanæ ſint futuræ in capitolio in curia calabra ſic dictæ. Calẽdarẽ Junonẽ vocabant, quod Juno aeris arbitra ſit, meritóque initia mẽſiũ,i. calendas hunc deæ conſecraverũt,vel quod in hoc die P. R. in concionẽ vocatus eſt per pontificem indicatum,quæ feriæ toto mẽſe eſſent futuræ,quidque in religione agendum, vide Macrob. ſciendũ quum dicimus tertio calẽdas certum ſemper diem denotari, ad tertium vero Calendas, id eſt, citer tertiũ, Græci calendas non habent,ideò dicitur ad calendas Græcas,id eſt,nunquam. *The Calends of every moneth which were wont to be on the firſt day.*

Calendalia tributa quaſi in ſtrenam ſolvi ſolita calendis Januarii.

Calendaria dicebãtur tabulæ ab obſervatione ſingulorũ menſium & calendarũ, ut diaria à ſingulorũ dierũ ratione obſervata, ἀπογραφὴ, ἐφημερὶς. accipitur etiã calendarium apud Juriſconſultos pro negotiatione nominum faciẽdorũ. *A debt book.* Ulp. Bud.

Calendaris, re. *Pertaining to the Calends.*

Calendaris Juno. *So was Juno called, becauſe the Calends were dedicated to her.* Macrob.

† Calendatim, adv. *Every firſt day of every Moneth.* Bud.

Calendalis,le. ut calendalia tributa, quæ in ſtrenam ſolvi ſolita calendis Januarii.

Calendariũ, χωνεῖα, ἀπογραφὴ, calendarium vocamus (quod vulgò Almanacum de quo ſupra) quod in eo ſingulæ calendæ, id eſt, menſes, & eorum dies ſint annotati, ita vocantur quia calendæ ſunt primus dies menſis. Peculiariter Calendariũ vocabatur liber fœnebris, codex occupatarũ, hoc eſt fœnori collocatarum pecuniarũ, *becauſe the paydays were uſually upon the Calends.* Scæv. nemo beneficia in calendario ſcribit,id eſt, in libro fœnebri. *A Calendar, a Reckoning or Debt booke, a paire of Tables: alſo a lending money for a Day.* Accipitur & calendarium pro negotiatione nominum faciendorum.

Calendarius,a,um. ἀπογραφικὸς. *Pertaining to a Calendar,or Accounts.* Ulp.

Calendũla, æ, f. g. genus herbæ, quòd ſingulis calendis,id eſt,menſibus floreſcit,alio nomine vocatur caltha, vide Mart. ex Lobel. *The herb Marigold.*

† Calendrum. *An ornament for a womens head, a Perrwigge.*

Caleo,ſum calidus. (Gloſſ. calet πυρέσσει,) θέρμαι, θερμαίνομαι. Caleo ex Hebr: חָמַם kamam ex Græc: κωμαίνω, ex καίω. vel ex Hebr: קָלָה kalah, M. quod veriſim. eſt. *To bee hot, to waxe warme, to be kindled, to be new or freſh, to be earneſt, to deſire hotly, or to be deſtred, to be in love, to be vexed or troubled.*

Calens,ntis, Hor. *Hot,warm.*

Calentur, imperſ. *They be hot or heated.*

Caliturus,p.

Caletur, imp.

† Caleptra,æ,f. Gloſſ. genus mitræ; καλύπτρα ex tegmen capitis. *A place where Waſpes breed,a Mitre, a kinde of Grain.* Gloſſ.Iſid. caleſtra.

† Calero,id eſt,celero,vel ligno.

Cales,m. Gloſſ. *A Stove.*

Caleſco, is,ui. Ter. θερμαίνομαι. *To be warm,to waxe hot.*

† Caletarius,ii,m. *One that carrieth wood.*

† Calerra, ubi veſpæ nutriuntur, à καλιὰ nidus,vel à κάλαμος,quod ſit in carioſo ligno,vel à κάλυξ, quod in cavo nidificia habeat. *A waſpes neſt.*

Calfactor,ôris,vide Calefactor.

Calfacto as,vide Calefacio.

Calfactus,a,um. p. calefactus.

† Calfactãdæ reſinæ,i. calefactãdæ.

Calfacio,vide Calefacio.

Calicata,Scal. calecata ædificia, calce polita,Feſt.

† Calico,as. *To drink.*

† Calicreas, idẽ quod pancreas.

† Calicula,æ,dimin. à caliga. *A kinde of hoſen.* Iſid.

Caliculãtis, Apul. idem quod Apollinaris.

† Caliculãriũ,ii,n. à calix, Gloſſ. *A cupboard where cups are kept,* inde

† Caliculãtum. *Of the faſhion of a Cup or Goblet.*

Caliculus,li.m. dim. à calix.Cat. κυλίκιον. *A little cup, bowle,or meaſure,an hollow thing like a cup.*

† Călidarium, ii, n. C. θερμαστήριον. *A place in an hot houſe where men ſweat.*

Călĭditas,ãtis,f. θερμότης. *Heat.*

† Calidi equi, Gloſſ. *Horſes that have white marks in the forehead.*

Calidiuſculè. *Somewhat hotly or fervently.*

Călĭdiuſculus, a, um. *Somewhat hot or fervent.*

† Calidris,avis. *A kind of Hern.* Geſn.

Calidus,a,um. calidior, iſſimus, à calor. θερμὸς, πυρώδης. *Hot, warme, ſcalding, burning, fierce, haſty, bold, light, ſwift.*

† Caliendrum,dri,n. Hor. κόσμιον, κεφαλῆς κτενωτήριον. *An ornament of a womãs head or a periwig made of other haire,* Gr: κεφαλόκτενον, à κεφάλη orno,Cat.ex caleo. vide Calendri.

Căliga, æ, f. καλίγη, σκυτάλη, κνημὶς, M. κάλιξ, vel κάλυξ genitivo καλίγης, inde caliga vel rectiùs ex נַעַל nagnal, Iſid. Alii caliga quod calore foveat pedes, alii caliculæ caligæ,vel à callo pedum dictæ,vel quia ligantur,al. à calo,id eſt, ligno,al. à calcio vel colligo,quia caligæ colligantur,Bec. à καλάω,quia caligæ laxiores,V.Ma. caliga Maximini dict. in homines inſulſos & immodicæ proceritatis, dicitur à calce,vide Calceus. *A hoſe, a ſtocking,a nether ſtock,ſtartup,a ſpatterlaſh, a buskin,an harneſs for the leg,a ſtile of*

writing, a ſheoe.

Cāligaris, re, & caligarius, a, um, ὁ τὴ κνημίδα. *Pertaining to ſtockings or ſuch like harneſſe for the leg,* Pl.

Cāligarius, ii, Lampr. *An hoſier.*

Cāligātus, a, um. Juv. κνημιδώμενος. *Wearing ſtocking, or buskins, or harneſſe for the legs.*

Cāligo, inis, f. tenebræ, obſcuritas, opacitas, aeris ſpiſſitudo, ζόφος, τὸ σκότος, Iſid. umbra eſt de ſpiſſitudine aeris effecta, & dicta caligo, quod maximè aeris calore gignatur, Bec. à καίω quod à καίω. igo eſt κατάληξις, ut in vertigo, prurigo, Scal. à calando quod in caligine alius ad aliſi calat, vel à κάλυξ quia ligna lucē arceant, vel à καλιὰς, pro arcere, tenebricoſa caligo, Græ: ἀχλὺς, vide Mar. vel caligo quod calor, id eſt, lumen ligatur & occultatur. *Darkneſſe, dimneſſe, obſcurity, a miſt, blindneſſe, ignorance.*

Caligo, as. *To put on hoſe.*

Caliginoſus, a, um. ζοφώδης, σκότεινος. *Full of darkneſſe, very dim, or obſcure, miſty, very hard.*

Cāligo, as. ἀμβλυώττω, M. à Calim, id eſt, clam, vel ex κάλυξ ſicut & καλύπτω, Heſych. hab. κάλυψιν κάλυκα, ſed ſua ſententia optimè ab ἐλεγὴ quæ eſt Heſych. σκιὰ & σκότος, vel ab Heb: כלא chala, claudere clauſtrū, caligo, iginis, caligine habere, caligine ſuffundi, cæcutire, ἀμβλυώττω. *To make darke, or dim, or miſty, to be dim-ſighted, to wax blinde, to be ignorant.*

Caligans, antis, p. *Waxing dark or dimme, making dark or dimme, or miſty.*

Cāligātio, ōnis, f. ἀμβλυωπία. *Dimneſſe of ſight, blindneſſe,* Plin.

† Calilæ, plur. Gloſſ. *Cups uſed in ſacrifice.*

Caliptra, genus veſtimenti, quo capita operiebant, Feſt.

† Caliſticum, ncut. Vide Calaſticum.

† Calita, æ, fœ. *A ſheep.* Gloſſ. *A Province,* T.

Caliturus, a, um. p. à caleo, vide Caleo.

Calius, ὑπόθερ, ἀπὸ θερ, τέφρα. Gloſſ. quia calet, M. *Aſhes, duſt.*

Calim antiqui dicebant pro clā, ut nis pro nobis, ſam pro ſuam, im pro eum, Feſt.

Călix, icis, m. ποτήριον, quod in eo calidum bibitur, vel rectiùs à Græc: κύλιξ, vel quaſi κύκλιξ, quòd circuli in modū calix ſit rotundus, vel qu. κύλιξ παρὰ τὸ κύω, a fundēdo, Etym. al. à κάλον, quia olim ex ligno fiebat, vel ex Chal. כליר calid. calix. *A cup, pot, chalice, goblet, or other ſuch like to drink in, the bottome of a boat, a thing in forme of a cup.*

Calla, æ, f. gr. à pulchritudine dict. genus herbæ ſimile auro, eſt alia callæ ſpecies quā voc. anchuſa, & rhinocliſiam, Pl. l. 27. c. 9. Calep.

† Callei, Græc. gallinacei, orum. barba, dict. à colore purpureo, quē καλλαῖον dicunt, Cal.

† Callæum, Cæl. l. 6. c. 38. callei ſive καλλαικὸς, dicuntur gallinaceorum barbæ, & præterea quicunque aſſimilis ſit color, καλλαῖον, barba, ſeu palea galli gallinacei, vide Cal. & M.

† Callæ, arum, Gloſſ. *Smithes Irons.*

Callaica, æ. gemma colore viridis, ſed pallens, nihil jucundius aurum decens, unde appellata, Iſid. ergo inq. M. à καλλὸς decus, Iſid. 16. 7. Callaica. *A kinde of greene gem.* à κάλλος, id eſt, pulchritudo, dictum. Callaica genus veſtis Mar. Epig 139. l. 4.

† Callaina, idem. *A gemme.*

† Callaicus, Gloſſ. idem.

† Callainus, a, um. Gloſſ. καλλαΐνος Venetianus, καλλαῖνον Venetum, & Heſych. docet καλλαῖνον eſſe colorem apud Ægypt. *A Venetian colour, a glorious bright colour.*

† Callaria, καλλαρία, aſelli genus, vide Geſn. Coop. *Calleth it a whiting fiſh.*

† Callionius, Græc: Dioſc. 2. *A kinde of fiſh.*

† Callais, idis. κάλλαις gemma, item à pulchritudine, dict. Plin. 37. 8.

Callarius. *A ſea fiſh.* ex aſellorum genere. Plin. 32. ult.

Callarius vel Callaris, Plin. l. 32. cap. ult. genus aſelli piſcis. *An Haddock.*

† Callena, æ, fœ. Per. *A kind of Salt-peter.*

Calleo, es, ui, ere, callum habeo, callo obductus ſum, πεπάρμαι, τετύλωμαι, (ex callum, quoniam periti artifices manus hab. callo induratas) transfertur & ad animum. *To bee hard as brawn, to bee hardened with, to underſtand, or know perfectly, to know well, to know by experience, to perceive,* ὀπίσταμαι, ἐμπειρος ἔχω.

Callens, ntis, ἐπιστάμενος γινώσκων. *Perceiving, and knowing well, wiſe, cunning, skilfull.*

Calenum vinū, ex Calena, dict.

Calleſco, is, & antiqu. calliſco, Cato, πεπωλίζομαι. *To wax hard in the skin by labour.*

Callidē, adv. πανούργως, δολοφρόνως. *Craftily, ſubtilly, wiſely.*

Calliditas, ātis, fœm. πανουργία, ſeu τέχνη, σόφισμα: *Craftineſs, guile, ſubtilty, cunning.*

Callidus, a, um. πανοῦργος, τεχνικός, ex callum, quod ſicut manus opere, ſic animus uſu cōcalluit, ex Cic. *Craſty, wily, witty, ſlie, cunning, circumſpect, wiſe by experience.*

Calli, ex κάλλος elegantia, ex κάλλος pulcher, cum hāc parte dictionis componuntur quædam voces etiam Latinis uſitatæ, ut

Calliblepharum, ri, neu. ex κάλλος, pulchritudo, vel à callum & βλέφαρον palpebra. *A medicine for the eyes,* Plin. 23. c. 4.

† Callichthys, idem quod accipenſer, piſcis pulcher.

Callicia, ἀπὸ τὴ κάλλος, à pulchritudine, vel ex callum. Plin. l. 44. c. 17. *An hearb making water to freeze.*

† Callicreon, ſive pancreon, caro glandinoſa eſt ſubſtrata arteriis veniſque ventriculi, Stup.

Callicularium, medium æſtatis vel hyemis, à חלק kalac dividere.

Calligonum, ni, neu. ex callum & γονὴ fœtus, ex multitudine ſeminis, & denſitate fruticis dict. herba ſanguinaria, & centinodia, vel corrigiola, polygonon, Plin. 27. c. 32. *Knot graſſe.*

Calligraphus, καλλιγράφος, qui eleganter ſcribit.

Calligraphia, καλλιγραφία, elegantia ſcribendi.

Callilogia, καλλιλογία, elegantia dictionis.

Calliclæa, Græc: olea ſativa, Rud. καλλικλαία. Frugifera & pulchra olea.

Callimus, mi, m. lapis ex genere ætitarum, Plin. l. 37. c. 21. ex κάλλιμος. id eſt, ἄγαν καλὸς.

Callion, herba, Plin. 21. c. 31. alkakengi.

† Callionymus, mi, m. καλλώνυμος, genus piſcis cujus fel cicatrices ſanat, Plin. 32. c. 7.

† Calliope. *That hath a pleaſant voice.* ὄψ eſt vox.

† Calliopicus. *Muſicall, having a fine voice.*

Callipæda, æ, m. ex callum & παῖς, callipædas fieri ſenes dic. cum in conviviis hilariores facti pulchri pueri ſibi eſſe videantur, καλλίπαις. *An old fellow playing the boy.*

Callipedes, proverbio locum fecit, qui cubiti menſura non longiùs progrediebatur. Su. in Tib. c. 38.

Calliphyllum, Dioſc. 4. 119. herba trichomanes, adiantum.

† Callis, Gloſſ. *A dry fig.*

† Calliſco, vide Calleſco.

Callis, is, m. ſignificat ſemitam callo pedum perduratam, vel à calx, vel à calcando, quod pedum callo calcetur, τρίβος, πάτος. *A path-way, an high-way, a beaten path,* leg. & f. apud Liv.

† Caliſta, æ, f. Glo. *A Province.*

† Caliſtephanos, Græ: Paul. genus oleaſtri quo victores coronabantur, unde & nomen, à στέφανος corona.

Calli-

Callistruthia, æ, f. ex καλλος & στρύθος. Pl. l. 15. c. 18. *A cold figge, and of an excellent taste.*

Callitrice, es. callitrix, cis, & callitricon, á καλὸς pulcher, & τρίχιον pilus, Pl. l. 22. & 21. & l. 24. 14. *The hoarb maiden haire.*

Callithrix, icis. καλλίθριξ, ex καλὸς & θρὶξ, quasi pulchrum habens crinem, unde callitriches simiæ quædam, Pl. l. 8. c. 54.

† Callius, m. tripolicum, Dioscor. l. 3. c. 136.

† Callorus, malitiosus, Isid. M. leg. Callosus, callos, Græc: pulchritudo.

Callōsus, a, um. τυλώδης. *Having thick skin, brawny, hard.* Hor.

Callōsitas, ātis, f. Scrib. *Hardnesse.*

Callum vel callus, à calx, Bectylos, πῶρος, τύλωμα, neut. à callis quod instar callis in duritiē crescit. Callus idem quod clavus Græci, τύλος dicitur etiam tophus. *A kinde of hard flesh, also brawne or hardnesse in the skin by much labour, an hard thick skin, unsensible.*

† Calmaria sepia. *A cuttle fish.*

† Calmitro, as. vide Calamo.

† Calmus, a, um. *Deare.*

Calo, onis, à κάλον lignum, vel ἀπὸ τῦ καλεῖν, à vocando, quòd præstò sint quando vocantur, aut quod ligneas clavas gerebant, Fest. *A soldiers boy, page or slave, one ready at a call which waiteth with a wooden club or staffe, also a wooden shooe or patten.*

Calones, item calcei ex ligno facti.

Calo, as, avi. à καλῶ voco, idē ab Heb. קרא cara, antiq. *To call.*

† Calobalsamum, vide Xylobalsamum.

† Calobates, grallator, καλοβάτης & calobatarius, ii, m. *One that goeth on stilts or pattens.*

† Calodæmon, καλοδαίμων. *A good Angel.*

† Calœnum, mendosè scrip. vide Calena.

† Calophanta, m. Plaut. à καλὸς bonus, & φαίνω appareo, quidam legunt & rectiùs halophanta. *A mocker, an hypocrite.*

† Calopodium, καλοπόδιον, ex κάλον lignum, & πὸς pes, Cal. *A wooden shooe or patten, a Shoomakers wooden laste to make a shooe.*

† Calopus, καλόπους, ex καλὸν, & πὸς. *A kind of beast in Syria, having such horns, as with which she is said to bear down trees,* Cal.

Caloratus, a, um, Ap. *Hot, made hot.*

Călor, oris, m. quidam à χαλᾶν, laxare, nam laxat & solvit calor, Græc: θερμότης, θέρμη, καῦμα, αἰθία, à caleo. *Heat, warmnesse, anger, hot love,* calor ponitur pro festinatione operis, Virg.

Caloreficus, a, um. Gel. ex calor & facio, θερμαίνω. *Making hot, heating, warming.*

Calotechnus, Græc: ex καλὸς bonus, & τέχνη ars. *A good workman.*

† Calpæ, arum, f. Gloss. *Soldiers bracelets.*

Calpar, à κάλπη, παρὰ τὸ καλὸν ἔδειν, vide Scal. in Var. & Fest. *An earthen Vessell or Tun, also Wine let out of the Vessell for sacrifice before it might be tasted.*

Calpes, is, masc. Gloss. galea militum. alii legunt capses, κάλπης, Mart. à calva, quia galea est ut calva, ut eam tegat. *A Soldiers helmet, also reward given them for service.*

† Calpitur. Gloss. *He deceiveth.*

† Calta, Gloss. idem quod castanea.

Caltha, κάλθη, Virg. Non. calta dict. quòd præcipuè sit culta, vel á κάλλος pulchritudo, quidam à Calatho derivant. viola coloris albi, Pl. l. 21. c. 6. *Also a Marigold.*

Calthula, æ, f. dim. à caltha, Plau. *A garment of the colour of a Marigold or Violet, also a little Violet.*

† Caltudia, ἱερὰ, quasi sit calata dies, id est, consecrata, Mart. *An holy day or Festivall.*

† Caltularius, qui calthulas facit, vel caltæ colore vestes inficit, al. carinarius, apud Plaut.

† Caltulum, li, n. Gloss. feretrū, ex קטל catal, occidere. *A kind of Girdle, also a Beer to carry dead men on.*

† Caltula, vide Calthula.

† Caltum, cotula.

† Caltus, a, um. Gloss. ἅγνος, Mart: leg. castus, ἅγνος, Martin. *Unknown.*

Calva, æ, f. Pl. κρανίον ex κείρω, tondeo, vel ex colore, os capitis ubi capilli esse consueverunt, ex Heb. גלגלה gulgelah, vide Calvus. *A skull, the top of the head which is used to be bald.*

† Calvæ, arum, Gloss. pontica torrida.

Diverticulum, li, n.g. παρατροπὴ, πάροδος. Cath. flexus viarum, ubi una via divertit ab alia, vel ipſe callis per quem divertimus, ab alia via quaſi diverſa via eſt, & effugium, & diverſorium, vide M. *A by-ſide or turning away, a crafty ſhift; alſo an Inne,* καταλυτήριον: *alſo the place where the digreſſion beginneth.*

Diverto pro divortium facere, digredi, expatiari. *Alſo to goe into an Inne to lodge.*

Diverto, tis, ti, ſum, ĕre. ἐκτρέπομαι, παραγίνομαι. *To turn from one thing to another, to take up his Inne, to goe from the purpoſe, to lead out of the way, to differ,* Plaut.

Divertor,

Dīvertor, ēris, depon. idem.

† Divertunt, id est, diversi sunt.

Dives, itis, adj. πλούσιος, ὀλβιόδοτος, πολυχρήματος, (à divo, quia ut Deus nil indigere videtur, Var. Isid. dives ab ære vocatus, vel diù vescens, quidam a Dite, id est, Plutone divitiarū auctore ducunt, quoniam ex terra oriuntur, & revertuntur in eam) Dives opulentus, qui multa bona habet, πολλὰς ἔχειας, al. quasi diù habens. *Rich, wealthy.*

† Divexatio, f. Aug. *A vexing or grieving.*

Divexo, as, τείρω, τερχνόν. *To vex, to spoil, consume*, leg. & divexor.

† Divi, Jun. *Gods, or canonized Saints.*

† Diviana, epitheton lunæ, quia devia incedebat in altitudinem & latitudinem, Var. vel potiùs quasi diva læna, Scal.

† Dividia, æ, f. g. Plaut. & dividiæ, arum, ex divido, ἀθυμία, tædium, molestia, tristitia, dissensio, qua quis dividitur, id est, separatur, Gloss. διχόνοια. *Wearisomnesse, heavinesse of minde, tediousnesse, wearinesse, also discord, variance, heavinesse.*

† Dividicula, orum, Fest. Cast. dividicula antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus à rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit. *Heads of Conduits.*

Dīvīdo, is, si, sum, ere, quasi divideo, id est, in diversas partes video, vel ex di & viduus, a, um, διχόμω, διαίρω, διαιρέω, Scal. LL. dis, Græc. binarius numerus primus est qui dividi potest, quod igitur bis fit, discontinuatā operā fit, idcircò præpositio hæc ex una plura demōstrat, divido quoniam quæ secta sunt bis videntur, al. pro prædico. *To divide, to distribute, to sever, to assigne, to cut in pieces, to break down a part.*

Dividuè, adv. Plaut. ἡμιτόμως. *By halves.*

Dividuus, a, um, διχότομος, μερικός. Non. dividus pro dividuus. *That may be severed or divided.*

Dividua, æ, Pl. *A quarter of the Moon.*

Dividuitas, atis, fœm. pro divisione, Caius. *A division or a dividend.*

† Dividus, pro dividuus, separatus, Non. ex Actio.

† Dividuum, dui, n. g. Caius dividuum à divisione, ut dimidium, à dimensione dicitur, divisio, distributio. *A division.*

† Divina, pro divinatrix, Hor. *A woman wisard.*

† Divinaculum, li, neut. g. Gloss. *An oracle or lot.*

† Divinalis, Astronomia dicitur, quando aut ineffabilem naturā Dei, aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate differimus, Isid. 2 24.

† Divinasso, is, Gloss. *To divine or conjecture.*

† Divinator, m. g. Firm. *He that ghesseth or prophecieth.*

† Divipotes, id est, dispotentes. vel dei potentes.

Dīvinatio, ōnis, f. augurium, vaticinatio, prædictio, præsensio, rerum futurarum scientia. *A conjecturing or telling of things to come.* Dicitur etiam divinatio vel judicium de constitutione accusatoris, cum ex duobus pluribusve accusatione ambientibus deligendus est qui maxime sit idoneus, unde Ciceronis oratio prima inter Verrinas divinatio dicitur, quod Cicero electus fuit accusator.

Divīnans, tis, p. μαντεύων. *Ghessing and foredeeming, conjecturing.*

Divīnātus, a, um, Ovid. *Ghessed, divined.*

† Divinisciens, p. *Skilfull in heavenly things.*

Divīnitùs, à deo, θεόθεν, θείωθεν. *From heaven, by inspiration.*

Dīvīno, as, μαντεύομαι. *To tell of things to come or past, to judge, ghesse or foredeem, to prophecy or conjecture.*

Dīvīnus, i, m. quod dei est, à divus θεόπεμπτος: divinus dicitur, item μάντις, qui futura prædicere potest, quod est divinæ virtutis. *A soothsayer, a diviner, a wizard.*

Divinus, a, um, θεῖος, ὐδαιμόνιος, θεόπεμπτος. *Pertaining to or coming from God, heavenly, godly, excellent.*

Divinè, adv. & divinitus, ἐνθέως, θείως. *Godly, excellently.*

Dīvīnitas, ātis, f. g. θειότης. *Divinity, Godhead.*

Divīnipotens, tis, Ap. παντοκράτης. *That hath power in divine things.*

† Divint pro dent. Antiq.

Divīsè, & divisim, adv. Cic. διαιρημένως, διαιρέτικα. *Sundrily or severally.*

Divisio, ōnis, f. g. verb. à divido, διαίρεσις, μέρισμός. *Division, partition, distribution, severing.*

Divisor, ōris, m. qui dividit, distributor, διαδοτής. *He that divideth, or parteth.* Suet. in Aug. c. 3. divisores operæque campestres. est & divisor qui præpostera venere pueros corrumpit.

Divisūra, æ, f. Pl. διακοπή. *A division, a cleft or gash.*

Divisus, us, m. g. Liv. vide Divisio.

Divisus, a, um, part. Virg. διαχιθείς. *Divided, distributed, continued.*

Divitiæ, arum, fœm. g. χρήματα, πλοῦτος, τὸ ἄφθονον. *Riches.*

† Divitior, à dives. *More rich.*

† Divitiositas, atis, f. g. *Abundance of riches.*

† Divitiosus, a, um, ad. *Very rich or wealthy.*

Divitissimus, ditissimus, Acer.

† Divito, as. Accius idem quod dito, facio divitem.

Divitor, aris, Frag. Poet. πλουτίζομαι. *To be enriched.*

Dium & diurnum sub cœlo lumen, ὑπὸ τὸ διός, Gloss. dium ἀέρωμα. *The open air under the firmament.*

† Divoltres. *Whores prostituting themselves for money*, dict. qu. desidetio volantes, vel qu. pro nummo volutæ, divolares vel divolteres pro diabolares, Mart. legit diabolares, Gloss. divolares (h. est diobolares) διώβολοι, quod duobus obolis conducātur.

Divortium, ii, n. g. χωρισμός, à diversitate mentium, vel qd in diversas partes eunt, deflexus à via, à divertendo, Non. divortiū est quotiescunque dissoluto matrimonio alter eorum alteras nuptias sequitur, divortium dict. à flexu viarum, via in diversa tendens, Isid. al. quod vir & uxor in diversas partes vertūtur, aliquando sign. omnium rerum separationem, Non. separatio à nexu conjugii à verto. *Division, separation, a parting, divorce.*

Dium, ii, n. g. ex dies, αἰθήριον, αἰθρία. *The day-light under the Firmament, the open aire abroad*, vel quod non est sub tecto, sed sub cœlo in puro dio, id est, aere, dium antiq. aerem ex Græc. Ap. ut à Deo ortū ὑπὸ τὸ διός, Fest.

† Diunt, pro dant, Plaut.

† Diureticus, a, um. διουρητικός, ab ἴησις, urina, diureticum medicamentum. *A medicine to provoke to pisse.*

† Diurnālis, le. *Belonging to the day.*

Diurnata, æ, f. *A journey in the day.* Acerd.

† Diurno, as. *To live long.*

Diurnus, a, um. ἡμερινός, ἡμερήσιος. *Done in the day time, belonging to the day.*

Diurnum, neut. g. Sen. ἡμέριον, ἐφημερὶς. *A days hire or provision, a Book or Register to note things daily done*, Suet.

Dius, a, um, διός, divinus, qu. ἐκ διός, à Jove, unde dialis flamen, & Dius heroū aliquis, ab Jove genus ducens, vide Scal. exerci. 71. & 165. διός pro διϊκός, per contractionem, quasi Jovialis, à διί pro ζεύς, de quo antea in dies *Divine, excellent, of a noble house.*

Diutile, potiùs diutule, Gel. 10. 5.

Diūtinus, a, um. διουτικός, πολυχρόνιος. *Long, continuing, enduring.*

Diutinè, adverb. διὰ, Plaut. *A long time, a great while,* diutinò idem.

Diutiſſimè, ſuperl. à diù, πολὺν χρόνον. *A very long while.*

Diutiùs, comp. à diù, μακρότερον. *Longer.*

† Diuto, as, avi, Diutare, χρονοτριβέω, ἐκδύω. *To prolong or defer.*

Diutulè, adv. dim. à diutinè, ὀλιγοχρόνιον. *A little while,* Gel.

Diuturnior, Ov. *Longer, more durable,* & diuturniſſimus, Var.

Diuturnitas, ātis, fœm. πολυχρονία. *Long ſpace of time, long continuance.*

† Diuturno, as, Gloſſ. *To prolong.*

Diuturnus, a, um, πολυχρόνιος, παλαιός, à diù. *Long continuing.*

Divulgatio, ōnis, f. *A publiſhing or making of a thing common.*

Divulgator, ōris, maſc. Tac. *Hee that reporteth or ſpreadeth abroad any report.*

Divulgatus, p. & divulgatiſſimus, διαδόλων. *Publiſhed, made common, given to.*

Divulgo, as, δημοσιεύω, διαφημίζω, in diverſos vulgo. *To publiſh or make common.*

Divulgor, aris, Ced. *To be publiſhed or noiſed abroad.*

Divulſio, ōnis, f. διάσπασμα. *A pulling in pieces or aſunder.*

† Divulſor, ōris, m. Aug. *He that pulleth aſunder.*

Divulſus, a, um, part. à divello, διασπασθείς. *Pulled up, cut off, divided.*

Divum pro dium, Hor.

Divus, vi. Sanctus, ὅσιος. *A Saint.*

Divus, a, um, Vir. θεῖος, ὅσιος, κατὰ θεὸν, Serv. deos perpetuos dicimus divos ex hominibus factos, quaſi diem obierint: Divus à Θεῖος, aut à Cretico διῶς, quod eſt Deus, Θεὸς Deus, θεῖος divus, vide M. *Divine, holy.*

† Dixo, is, à dico, vide Calep.

D *ante* O

DO, in notis antiquorum dis omnibus, vel deo optimo. D. P E C. R. de pecuniis repetundis D. P. ORT. de parte orientis, D. Q. R. de quare. D Q S. de quo, vel die quo ſupra, &c.

Do, das, dedi, datum, āre. ex δίδωμι, δῶ: dare à liq. pro aſcribere ſeu imputare, dare cuipiam pecuniam de trapezita. *To take money of the Banker, and give to one, or appoint one to receive money of the Banker.* Plantus, qui dant, quique accipiunt fœnore, *give and take up on uſury.* Item pro reddere, dare mancipio, id eſt, vendere: dare ſententiam pro dicere, judicare, mandare, offerre, objicere, obtemperare, facere, citare. dare manus eſt victū ſe fateri: dare pœnas, i. eſt, ſuſtinere: dare fidē eſt promittere: dare operam, id eſt, inſervire: dare actionem vel judicium eſt actorem ad intendendam actionem admittere: dare verba, id eſt, decipere: dare in manum. *To deliver into ones hand.* dare linteamentum in plagam. *To put a tent into a wound.* datum eſt, id eſt, decretū eſt. datur cernere, id eſt, licet cernere. duint pro dent vel dederunt, dabunt pro dent, Gloſſ. habet dor paſſive. *To give, to grant, to offer, to ſhew, to make, to ſubmit, to deliver, to ſell, to appoint, to ſet or bend.*

Dōceo, es, ui, ctum, ēre. ex διδάσκω, παιδεύω, μαθητεύω, Scal. ex δοκέω, unde δόγματα ſapientum, Var. ex dico, vel quòd cū docemus dicimus, vel quòd qui docentur, inducantur in id quod docentur. *To teach or inſtruct, to inform, to adviſe or prove, to declare, tell or advertiſe.*

Dōcendus, a, um, p. Ovid. *To bee taught.*

Dōceor, ēris, Liv. *To be taught.*

† Dōcibilis, le, Priſc. διδακτὸς. *Apt to be taught.*

† Dōcibilitas, tis, εὐμαθεία. *Eaſineſſe of teaching,* M.

† Dōcibiliter, adv. *Teaching'y.*

† Dōcilis, le, εὐμαθὴς, ἐπιδεκτικὸς. *Quickly taught, apt to learn.*

Dōcilitas, ātis, εὐμάθεια, εὐκολμύνης. *Apineſſe to learn, eaſineſſe to be taught.*

† Dochimus, m. græc. δόχιμος, idem quod Bacchius, aut Iambus, Mar. rectiùs dochmius, δόχμιος, σκάζων, λαξὸς, quod facile eſt dictu. *A Foot in Verſe or Proſe of five ſyllables, one ſhort and two long.*

† Docis, idos, fœ. Pl. *A meteor like a beam,* vide Docus.

Doctè, adv. δεξιῶς, συνετῶς. *Cunningly, ſkilfully, ſubtilly.*

† Doctiloquium, quii, n. *Learned ſpeaking.*

† Doctiloquus, a, um, adj. *That ſpeaketh learnedly.*

Doctor, ōris, m. verb. διδάσκαλος, καθηγητὴς, παιδευτὴς, à docendo. *A Maſter or Teacher of a School.*

Doctus, a, um, p. vel nomen, doctior, & doctiſſimus: doctus qui rationem rei tantum retinet, peritus qui ratione experientiam, πεπαιδευμένος, παίδευτος. *Learned, inſtructed, cunning, wiſe, fine or ſubtile.*

Doctrina, æ, διδασκαλία, διδαχὴ. *Learning, teaching, inſtruction, knowledge.*

† Doctrinale, quod eſt inter doctorem & diſcipulum.

† Doctrinalis, le. *That pertaineth to doctrine.*

† Doctrino, as. *To teach.*

† Doctrix, Apul. ἡ διδάσκαλος. *She that teacheth.*

† Doculus. *A deceitfull Servant.*

† Documen, inis. Vide Documētum.

† Documentatio, ōnis, f. Gloſſ. *A warning or teaching.*

† Documentor, aris, Auguſt. *To warn or teach.*

Dōcumentum, ti, n. διδασκαλεῖον, δεῖγμα, (à præt. docui, ſicut à monui monumentum, idem quod admonitio, exemplum, probatio, quod nos aut doctiores reddit aut certiores & prudentiores.) *A leſſon, proof, experiment or example.*

† Docus, Plin. 2. 26. Græc. δοκὸς, quaſi δέχεται, Ion. pro δέχεται, id eſt, capit onera. *Alſo a meteor like a beam, a beam.*

† Dodecadactylon, duodenū inteſtinum primum omniū inteſtinorum fundo ſtomachi alligatum, à longitudine 12 digitorum dict.

† Dodecatemorium, δωδεκατημόριον, eſt duodecima pars unius integri, Sc. in Manil.

† Dodecaeteris, Græc. δωδεκαετηρὶς, tempus δώδεκα ἐτῶν, decennium.

† Dodecatheos, Plin. Gr. δωδεκάθεος, à δώδεκα duodecim, & θεὸς, deus, quod omniū deorum majeſt. commendat. *A certain herb; Alſo a ſecret banquet that Octavius made conſiſting of 12 gueſts of both ſexes.*

Dodræ, æ, f. Aulon. *A drink made of nine ſeverall things, of beards, water, juice, wine, ſalt, bread, oyle honey, and pepper.* dict. à dodrante quæ eſt menſura novem unciarum.

Dodrans, tis, m. dict. q. ad conficiendum aſſe deſit quadrans, Var. dodrans, dempto quadrante, τετραγωνικὸν. *Nine ounces or inches, nine parts of ten, three of four.*

Dodrantalis, le. Col. τεσσαρεσκαιδεκάτιος. *Nine ounces in length or weight.*

† Doga, æ, m. Gloſſ. vel rectiùs dotha, ex δέχομαι capio. *A But or Hog ſhead.*

† Dogarius, vel docharius. *A Cooper for ſuch veſſels.*

Dogma, tis, n. δόγμα, Iſid. dogma à putando Philoſ. nominaverunt, id eſt, hoc puto eſſe verum, hoc puto eſſe bonum, δοκέω, unde δόγματα decreta doctorum. *A decree, a received opinion.*

Dogmaticus, a, um, δογματικὸς. *Prudent or wiſe.*

Dogmatiſtes, m. Græc. δογματιστὴς. Hier. *He that inſtituteth any Sect or opinion.*

† Dogmatizo, as, Aug. Epiſt. 57. inſtruo, erudio, & dogmatico δογματίζω.

δεικματίζω. *To inſtruct or teach.*

Dŏlabella,æ,ſ.g. dim. à dolabra, Col. ἀξινάριον. *A little axe or hatchet, a little plane.*

Dolabelliana pyra, longiſſimi pediculi, Plin. ab inſitore Dolabella dicti.

Dŏlābra,æ,ſ.g. Liv. ex dolo, Iſi. ἀξίνη, πέλεκυς, dolabra quod habeat duo labra, nam ſecuris ſimplex eſt. *A Carpenters axe, a great plane.* Dolatoria, & Gl. dolamen, Ac. pro eodem.

Dŏlābro,as, πελεκίζω. *To hew as a Carpenter doth.*

† Dolabrum,bri,n. Iſid. *An hewing or making even or ſmooth.*

† Dolatilis,le, adj. *That may be hewed.*

† Dolatim, adv. ἀφαβρὲ, τεκτονικῶς. *Artificially, cunningly, workman like.*

† Dolatio, ōnis, Aug. *A ſmoothing or making even.*

Dolator,m. Capel. *A turner, or he that plaineth or ſmootheth.*

† Dolatorium,idem quod dolabella.

Dolatura,ræ,ſ. *An hewing.* Dolamen idem, Ap.

Dolatus,a,um. *Cut ſmooth*

Dolendus,a,um,p. *A thing whereof we ought to be ſory.*

Dolens,p. *Being ſory, &c.*

Dolenter, ius, adverb. περιαλγῶς, λυπηρῶς. *Sorrowfully, wofully.*

Dŏlentia,æ,ſ. Gel ἀλγηδὼν, ὀδύνη. *Griefe, paine, anguiſh.*

Dŏleo, es,ui,itum,ēre. V. dolor. quidam à דל dal, ἀλγέω, ἀνιάομαι. *To feel paine or griefe, to be grieved or ſorrowfull, to ake.*

† Doleſco, is, ἀχθομαι. *To bee grieved.*

Doliāris, re, Pl. πιθώδης. *Great like a tunne, alſo tunned and put in veſſels.* V.

† Doliarium,ii,n. πίθων. *A wineceller, ex dolium, alſo a tun.*

† Doliarius,ii,m. πιθοποιός. *A Cooper.*

† Dolichi genus liguminis.

† Dolichus,chi, m. *A ſpace of 12 furlongs.*

† Dolichodromi, Jul. Pol. δολιχοδρόμοι. *They that run twelve furlongs at one race.*

† Dolichurus, δολιχοῦρος, longam habens cau dam.

† Dolimen, id.quod dolabra dolat.

† Dolio, is,ivi,itũ, antiq.pro dolo,as unde dolitus,pro dolatus.

Doliola, diminutivum à doliis. *A little tun or hogſhead.*

† Dolito, is,ivi, Var. pro dolo, as.

Doliolum,n.g dim. πιθίσκος. *A tunnell or little barrell.*

† Dolis. *A medicine laxative.*

† Dolio,as,freq.Cat.à doleo.

† Dolitum,pro dolatum,i. abraſum.

Doliturus,a,um,p. *That will bee grieved with, or ſorry for.*

† Dolivium,vii,n. Col. *A broad axe, or chip-axe.*

Dolium,ii, n. πίθος, ab antiq. ſupino dolitum pro dolatum, à dolãdo, unde dolium. Perot. *Any great veſſell. a tun, a hogſhead.*

Dolo as, τὸ δόλα, maculo, lædo, τετύκω, πελεκίζω. *To cut or hew ſmooth with an axe, to ſquare.*

Dolo, vel dolon,ōnis,m gr. δόλων Suet. (δόλωνες vaginæ ligneæ in quibus pugio latet ſub baculi ſpecie, à δόλος dolus nomen adept. Iſid. Dolon genus ſicæ quo utuntur latrones, dolones pro gladiolo. Suet. Claud. 13.) *A great ſtaffe with a ſmall head of iron, and a ſword with in it; a Jacobs ſtaffe, a ſmall ſail in a ſhip called the trinckett.*

Dŏlor,ōris,m. λύπη, ἄλγος, ἄχος, ἀνία, à dolando, i. dolo,as, quod ſignif. minuo, quippe lætitia augentur corpora, dolore minuuntur, vel ἀπὸ τῦ δάλλω, lædo dolor eſt motus aſper in corpore à ſenſibus alienus, Cic. Tuſc. à dolo, gr. eſt δόλος, &c. Avẽ. Bec. a חיל chol. *Griefe, paine, ſorrow, ſoreneſſe, anguiſh, a grudge or wringing.*

† Dolorificus quod dolorem facit, ἀλγεινός, Cal.

Doloſè, adv. παυέργως, δολερῶς. *Craftily deceitfully, ſubtilly.*

Doloſi pro dolori, Var.

† Doloſitas, ātis,f.id eſt, occulta malitia.

Dŏlōſus,a, um. δολερὸς, πανοῦργος. *Guilefull, ſubtill, crafty, deceitfull.*

† Dolumen,inis,n. Dig. & dolabra, idem quod dolinium.

Dŏlus,li,m. g. à δολόω, δολὸς, ἀπάτη, Canin. ἀπὸ τῦ δάλλω, i. lædo, maculo, unde gr. δόλον pro fraude uſurp.al. à δέλεαρ, q.eſt, δολεάτην, q. eſt fallere. Don. à lædendo, id eſt, minuendo, cùm etiam δόλος græcis læſionem ſig. vel ex δῆλος ſervus, q ſervi doloſi *Deceit, craft, treachery, guile.*

† Doma,tis, n. Hier. δῶμα ex δέμω extruo. *A cellar or flat roof of an houſe, alſo an houſe.*

Domabilis,le, Hor. πραϋντὸς. *Eaſie to be tamed.*

Dŏmandus, a, um. Claud. *That muſt be tamed or kept under.*

Dŏmatio, ōnis,f. verbal, à domo. Tibul. δάμασις, ἡμίεσις. *A taming or breaking.*

† Domator, ōris, m. Tib. à domo v. Domitor.

† Domatus,a, um,p. Don. idem quod Domitus.

Domeſtica, cæ,fœm. gen. *A tame beaſt.*

Domeſticatim, adv. κατ' οἰκίαν. *Houſe by houſe.*

† Domeſticatio,f.g. Gl. *A keeping at home.*

† Domeſticatus. *The dignity to be of the houſhold.*

Domeſticus, a, um, qui in domo eadem ſtans, ad domum pertinens, οἰκιακὸς, οἰκεῖος, qui in eadem domo nobiſcum habitat. *Pertaining to the houſhold, tame, familiar, private.* Domeſtici: *Houſhold Officers.*

† Domicillus,dim. à dominus & domunellus, domicella & dominella. *A fair young gentleman, or gentlewoman.*

Dŏmĭcilium, ii,n. οἰκητήριον, οἰκίδιον. *A manſion place, a dwelling place.*

† Domicœnium,cœna quæ fit domi, οἰκοστιὰ. *A ſupper at home in a mans houſe.*

† Domicula,læ,f. Front. ædicula, οἰκίδιον. *A little houſe.*

† D mifico,as, condo, ædifico. *To build edifie or ſet up*

Domina, æ,fœ n. gener. δέσποινα, κυρία. *A lady, a miſtreſſe, a dame, a wife.*

Dominans,tis, p. & dominantior comp. Luct. κρατῶν. *Bearing rule, guiding, governing.*

Dominantior, ius comp. Luc. *Bearing a greater rule, ſway, ſtroke or dominion.*

Dŏmĭnātio, ōnis f. δεσποτεία, δυναστεία. *Dominion, rule, authority over others.*

Dŏmĭnātor, ōtis, maſcnl. κυβερνήτης, δεσπότης. *A Maſter or Lady, a Governour.*

Dŏmĭnatrix, cis, fœm. gener. verb. κυρία. *A Miſtreſſe, a Lady, a Goddeſſe.*

† Dominicalia pro regalibus feudis, Calv. ex Feud.

† Dominicædius. *The maſter of the houſe,* Acerd.

Dŏmĭnor,aris,dep. δεσπόζω, κυβερνῶ, κρατέω. *To be lord and maſter, to rule and govern;* leg. & dominor, paſſ. Can.

Dominatus,us,maſc gen. verbal. κράτος, κυριότης, ἐξουσία. *Maſterſhip, authority, ſoveraignty,* dominium ii,idem.

† Dominicale. *A linnen glove which women uſed when they received the Sacrament.* Vide Acerd. Cap. 31.

† Dominicales curiæ, Pandect. *Court barons.*

† Dominicalis,le, adject. κυριακὸς. *Dominicall, belonging to the Lords day.*

Dominicida. *He that killeth his maſter.*

† Dominicum, neut. *The demaine of the Lord, a church, an aſſembly,* Gl.

Dominicus, a, um, κυριακὸς. *Pertaining to the Lord or maſter.*

Dominium, dominii, neut. idem quod dominatio, Var. eſt jus de re corporali perfectè diſponendi. *lordſhip, rule over other, dominion, empire, principality.* Dominium mutare, *to change their Lords.* δεσπότεια, imperium principatus. dominia item domi celebrata à domino domus.

Dominus, ni, m. qui domui præeſt, κύριος, δεσπότης. *A lord, a maſter, owner, husband, he that maketh a banquet.* Var. *a God.* Ovid.

† Domiporta, cochlea dict. quia domum ſuam portat, σκύλιον. *A ſnails epithete, a ſhell ſnaile.*

† Domitatio, f. g. Gl. *A going home.*

† Dŏmitio, ōnis, f. g. Pediam. ἱππικὴ παιδεία. *A breaking or taming of an horſe.* v. domitura.

Dŏmito, as, frequent. κατατρυχόω. *To make weary.*

Dŏmitor, ōris, m. gen. Vide δαμαστὴς, δαμαστὴρ. *A tamer, vanquiſher, or ſubduer.*

Dŏmitrix, cis, f. g. δαμάστειρα. *She that ſubdueth.*

Dŏmĭtura, æ, f. g. Col. δάμασις, ἡμέρωσις. *Taming, breaking,* domitatio idem, *pruning.*

Domiturus, a, um. Virg. ὁ δαμάσων. *That will tame or ſubdue.*

Domitus, us, idem quod domitio.

Domitus, a, um, p. δαμασθεὶς. *Subdued, tamed, brought under.*

† Domna pro domina, Calv.

† Domnula, Gl. *A little lady.*

Domo, as, avi, & ui, atum, et itum, ex domus, vel δαμάζω, κατασκάφω, Can. דָּמַם domo, Au. דּוֹם dom, vel דָּמָה domah. *To make tame, to ſubdue, to vanquiſh.*

Domor, āris, paſſ. *To be tamed.*

† Domus in g. pro domus. Non.

† Domuitio, ōnis, domum itio. *A departing or turning home again to the houſe.*

Domuncula, læ, f. vel domuſcula, læ, dimin. Ulpian. οἰκίδιον. *A little houſe.*

Dŏmus us, vel mi, f. οἶκος, δῶμα, δόμος domus, δέμω ædifico, δόμημα tecta, proprie ædificium ad habitandum extructum et factum, qd ex tecto & parietibus conſtat. Impropriè pro quocunque habitaculo. Aliquando domus dicitur familia. Aliquando ſumitur pro tota aliqua gente. Aliq. pro patria. domus, gen. domus & domi, dativ. domui, accuſat. domum, voc. domus, abl. domo. Differunt tamen hi genitivi domi & domus. ut domus ædificium ipſum ſign. quod ex tecto et parietibus conſtat, aptè itaque dicemus partem domus ſu demolitus, non partē domi. Pro eodem etiam apud veteres legitur domuis. In numero plurali facit nominativū domus, dat. & abl. domibus, accuſ. domos vel domus. gen. domorum & nonnunquam domuum, δέμω, à δέμω extruo, domu in ſexto caſu antiq. *A tenement or dwelling houſe, a Temple or Church, a family or houſhold, a whole nation, a neſt, a cage, a ſtable.*

† Domuſcula, æ, f. V. domuncula: V. Cal.

† Donabilis, le, adj pro donādus.

† Donacitis, ſub. *Our ladies Thiſtle.*

Donandus, a, um, Hor. δωρητὸς. *Worthy upon whō gifts ſhould be beſtowed.*

Dōnāria, ōrum, n. g. ἀναθήματα. ἀφιερώματα. donaria, dona quæ deo offeruntur. *Things offered to the gods, and hangings in the Temples, alſo the temples wherein theſe gifts were offered.*

Donarium, ii, n. g. Virg. Gr. δῶρον. *A gift or preſent.*

Donaticæ coronæ dicebantur, quibus victores in ludis donabantur: Vide Feſt. Donaticæ haſtæ quæ militibus ob virtutem dabantur.

Dōnāticus, a, um, adject. χαριστήριος. Feſt. *Of or pertaining to a gift.*

Donativum, i, neut. gener. δώδοσις. *A Princes benevolence, a donative.*

† Donativus, donativus creditor qui donationem facit. *He that is able to give.*

Donator, m. Cod. δωδότης. *He that giveth any thing freely.*

Donatus, a um, part. δωτὸς, δωρηθεὶς. *To whom any thing is given or forgiven.*

† Donax, acis, m. Græc. δόναξ, Hom. ex δονέω, qd facilè à ventis agitur, Pl. *A reed or cane, alſo a kinde of fiſh.*

Donec, contractum ex donicum, i. donec, quaſi doniquum, ex dum & quum, i. quoad, quouſque, ἕως ὅτε, ἄχρις, עַד gnad. Pl. *Until, ſo long as.*

Donicum, idem quod donec, ἄχρις.

† Doniferus, a, um. Aeg. & donifer. *That carrieth a gift.*

Dono, as, vide donum, δωρέομαι, χαρίζομαι. *To give liberally and freely, to preſent, to offer, to forgive, to remit.*

Donor, aris, paſſ. *To be rewarded, &c.*

Donum, i. n. à dando, vel ex gr. quod illi vocant δόσιον. r in n. δωρεὰ, χάρις, δωρεὰν, donum. Feſt. M. à do donum, ut à beo bonum. *A gift, a reward, a preſent, a bribe, an offering, a ſacrifice, alſo a promiſe,* Virg.

† Dorcas, adis, f. Gr. M. δορκὰς. ἀπὸ τῆς ὀξέως ὁρᾶσθαι, quod ſit acuti viſus. *A Doe, a Buck, a lean woman.*

Dorco, ōnis, m. Cel. ganeo, helluo. *A glutton, a ſmell-feaſt.*

† Dorica, æ, fœm. gen. idem quod dorion.

Doricus, a, um, δωρικὸς, ad Dores pertinens, ut doricæ muſicæ, & doricus tonus.

† Dorion, ii, n. gr. *A certaine kinde of muſick repreſenting gravity, and therefore aſſigned to noble men and great perſonages.*

† Doriphagus, gi, m. ὁ τὸ δωρεῖν τὰ δῶρα ἔχων. *A manch preſent, one that devoureth up gifts.*

† Doris, Plin. 22. 25. *A certaine herb which is alſo called* Anchuſa, δωρὶς. Doris dialectus, *the doricke dialect.* Dorias legitur pro Doris, Ca.

Dorice, adverb. *The Doriek dialect.*

† Dorium vel dorarium, eſt dotis augmentum.

Dormiens, tis, p. καθεύδων. *Sleeping.*

Dormio, is, ivi, itum, ire, proculdubio, ex דָּרַם daram, Scal. κατὰ τῶν ἀναπαυομένων, antiq. dormio, quod ſub pelliceis ſtragulis dormire ſolebant, κοιμάομαι, εὕδω, κάτειμι. *To ſleep.*

Dormiſco, is, ĕre, Plaut. καθεύδω. *To begin to ſleep.*

Dormitans part. *Sleeping oft, ſlumbering.*

Dormitatio, ōnis, f. verb. Apul. νυσταγμὸς. *A ſleeping or ſlumbering.*

Dormitator, oris m. Pla. κατάκοιτος. *A ſleeper or ſluggard.*

Dormitio, ōnis, f. Non. *A ſlumbering.*

Dormito, as, freq. νυστάζω, κατακοιτῶ. *To ſleep oft, to ſlumber, to take a nap, to be diligent.* Dormire cupio.

Dormitorium, ii, n. Plin. κοιμητήριον, κοιτών. *A ſleeping place.*

Dormitorius, a. um. Plin. κοιτικὸν. *That pertaineth or ſerveth for one to ſleep.*

† Dorodocia, æ, f. Gr. δωροδοκία, à δῶρον & δέχομαι capio. *Corruption of judgement with gifts and bribes.*

† Doron, Græc. δῶρον. Pli. 35. 14. Græci (inquit) antiqui doron palmam vocab. & ideo dora munera, quæ manu darentur. *A gift or preſent.*

† Doronicum, ci, n. *A wholeſome root brought out of Mauritania, good for the ſtomack.*

Dorophorus, Gr. δωροφόρος. *He that carrieth a preſent.*

† Dors, vel dorx, cis, δόρξ. *A Roe-Buck.* v. dorcas.

† Dorſugo, inis, f. Spinalis medul-

la

la. *Marrow in the back bone.*

Dorſiculum,li,n. dim. à dorſum, Plaut. *A litle back.*

Dorſualia, θυπτήρια. *Skreens or ſuch like to ſave the back from the fire; Alſo coverlets for horſes or beaſts.*

† Dorſuale,lis,n. *A horſe cloth:* Jul Cap.

Dorſualis,le,ad. *Belonging to the back.* Am dorſualis nota quæ in dorſo appareat. Ap.11.

† Dorſuarius, ὑποφόρ. *One that beareth a load on his back.*

Dorſum n. & dorſus,us,m. τὸν, μεταφρενον, dict. quod ea pars corporis devexa ſit deorſum, Feſt. Plaut. *A back of a man or beaſt, a promontory or hill ling out, the ſteepneſſe of a hill, alſo a bed in a garden where ſeeds are ſown.* Plin. *alſo a ſhelf or heap of ſand gathered in the ſea:* Virg. Plaut. legit & dorſus. antiqui doſſum dicebant quod nunc dorſum.

Dorſuoſus,a um. Sol. ὑψίνωτ. *Great backed, that hath many unequall places like unto backs, full of ſhelves.*

† Dorycnium,ii, n. Theoph. δορύκνιον. *A venemous herb wherewith they poyſon arrow heads, darts, &c.*

† Dorymnium, ii, n. Heſ. δορύμνιον. *A kinde of graſſe.*

† Dorymolpes,ſ. Heſ. *He that went before the facred bull when he was to be ſacrificed unto Jupiter.*

† Doryphorus, ri, Gr. δορυφόρος, à δόρυ haſta, & φέρω fero. *A gentleman about the Prince always ready with his Spear, a Penſioner.* Curt. l. 30.

Dos,ōtis,f. πρίξ, φερνὴ, δῶς, δωτίνη ex δίδωμι. à dando, id ſignificat quod marito cum uxore datum. dotem manifeſtum eſt gr. eſſe, nam δίδωμι dicitur apud eos dare, Feſt. dos doto, δωτὸς, δωτὲς, i. δόμος, donum. *A gift or grace of nature, dowry, mony, goods or lands given with the wife in marriage.*

† Doſinus, quod ſit color ejus de aſino, Heſ. 12.

† Doſis, is, f. Gr. *A giving, a doſe,* δόσις, ex δίδωμι do. *A quantity of phyſick to be given at one time.*

† Doſones, Gr. *Great promiſers of things.*

† Doſſuaria, *Pannels or pack ſaddles,* dorſuaria, Jun.

Doſſuarius, a, um. Var. φορτὰξ, ἰχθυοφόρος. *Which beareth burdens on his back.*

Doſſum pro dorſum, Var.

Dotalicius,a um. ad. dotalis. *That pertaineth to a dowry.*

Dotalis, le, φερνικὸς, φερνοφόρ. *Of or pertaining to a dowry.*

Dotalitium,ii,n. En. dos. *A dowry.*

† Dotarium, idem quod dotalitium, Calv.

Dotatio, f. Cod. *An endowing.*

† Dotatim, adverbium *Plentifully,* Plaut.

Dotator, m. Cod. *He that giveth a dowry.*

Dotatus & dotatiſſimus, a, um. ὀπυιομένος, ἀφθόνως. *Endowed, that hath a dowry given.*

Dothien, δοθιὴν, abſceſſus, cum tumore. *A bile,* V. Cal.

Doto, as, Suet. ἐπιδόω, προικίζω. *To endow, to give a dowry.*

Dotor, aris, Ov. *To be endowed.*

† Doxa, æ, f. Gr. δόξα, unde doxula dim. *Opinion, glory.*

D *ante* R

DR. in notis antiq. Druſus, DR. P. dare promittat, D. RS. de regibus, D. RM. de Romanis, D. RP. de republica DS. Deus. D.S. S.P. de ſapientia ſua perficit, DT. duntaxat, durat. D. T. G. Q. S. de tuo genio quod ſentis. &c.

† Draba vel drabe, δράβη. *An herb.* Ruel. 2, 89.

† Dracæna, f. Græc. Jun. δρακαινὰ, draconis, f. ſicut leonis, f. leæna. *The female or ſhe dragon, alſo a fiſh.*

Drachma, æ, f. Gr. δραχμὴ, heb. דְּרַכְמֹן drachmin, ex דרך derec & מנה manah, diſtribuit, deputavit, quod dicas viaticum, quod expenditur viatori: hinc δραχμὴ παρὰ τὸ δραττόμενον, quod comprehendere, pugnumque implere ſignificat, δραξ pugillus. *The eighth part of an ounce, a dram counterpoiſing three ſcore barley ounces. a coin ſigned with a bullock, counterpoiſing an old ſterling groat of eight to the ounce, a groat.* Ægin. Jun. *a ſhilling.* Attica. Jun. *Seven pence* drachma auri, *twelve ſilver grains, that is, an ounce and a half of ſilver.*

Dracco,ōnis, maſc. gen. Græc. δρακὼν ἀπὸ τῆ δρακεῖν ὀξυτάτ. clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem, Feſt. παρὰ τὸ δρᾶν ἀκχ. quia animal venenatum, atq; homini infeſtum. *A dragon, alſo a fiſh.* Plin. lib. 8. cap. 11. palmes. item vexillum cum effigie draconis.

† Dracona æ, f. Gl. *A certain diſeaſe in the eye-lids.*

† Draconarius, ii, m. qui fert vexillum in quo draco depictus eſt. *A ſtandard bearer,* Veg.

Draconigena, æ, c. g. Ov. δρακοντογενὴς. ex dracone genitus. *Come of a Dragon.* Ov.

Draconites, vel draconitis, tis, m. δρακονίτης gemma quæ fitex cerebro draconis, Plin. 33. 10. *A pretious ſtone, comming out of the head of a Dragon.*

† Dracontium, ii, n. g. δρακόντιον, Plin. id. quod dracunculus major: *Alſo a kinde of coin.* Col. à draconis ſimilitudine dict. *A kinde of herb.*

Dracunculus, li, maſc. gen. Plin. δρακοντίδιον. *A little Dragon, alſo Dragon-wort, a kinde of herb, a kinde of bile,* St.

† Dragma, atis, n. δράγμα manipulus, quantum manu ſtodaretur, id eſt, comprehendere poſſumus, vide Cal. & M. *A queſtion, alſo a gripe or handfull.*

† Dragmaticus, a, um adject. interrogat.

Dragomenus, vel dragumanus, *An interpreter of ſtrange languages.* M.

† Drama, atis, n. δρᾶμα, à δράω ago. *When in a Comedy or Tragedy divers perſons are brought in, ſome tarrying, and ſome departing, or when the Poet himſelf ſpeaketh not:* Vide Scal. & M.

† Dramaticum, Jun. *A kinde of poetry which endeth trouble ſome matters merrily, a Comedy.* Dramaticus ſtylus, ex δράω ago, *which is not mixt, and where the Poet himſelf never ſpeaketh.*

† Drancus, ci, m. Mart. *He that abuſeth a boy againſt nature.*

† Drapa, æ. *An unripe olive.* Pl.

† Drapeta, æ, & drapetes. *A fugitive,* ex δράπω fugio.

† Drappi, veſtes ſunt ex panno, drapppolia. *Woollen cloathes* &c.

Dremon, Plin. *A kinde of fiſh.*

Dreuſo, as, Phi. *To ſing as a ſwan.*

Drepanides, m. Plin. à δρέπανις. *Certain birds.*

Drepanis, Plin. δρεπανὶς. *A Seaſwallow.*

† Dreptum,ti,n. H. *A kind of kiſſe.*

† Drios, Græc. δρῦς à δρύω, à δρὺς, Latiné arbor dicitur. *A tree.*

† Driceæ, m. pl. H. *Certain birds.*

Dromas,ădis, δρομὰς, cameli ſpecies à velocitate curſus nomen habens. Liv. vel dromon & dromeda & dromedarius, ii, m. δρόμος, curſus velocitas appel. Iſi. *A Dromedary, a kinde of Camell with two bunches on his back, very ſwift, and may abide three days journey without drink, alſo the name of a dogge.* Ov.

Dromedarius,ii,m. *He that guideth Dromedaries.*

Dromedus, di, m. & dromeda, æ, f. *A kinde of ſmall ſwift Camell:* Cath. M.

† Dromo, ōnis, m. Jun. δρομὼν, navis longa à celeritate curſus, qui δρόμος Gr. item cancer parvus *A carvell or ſwift bark that ſecureth the ſeas, alſo a kinde of fiſh very ſwift.*

† Dromos, δρόμος, curſus. *A place where men doe run horſes, alſo a way made to run on.*

† Dropax, acis, m. M. δρόπαξ, δρεπτικίζεσθαι, eſt unguentis adhibitis corpus glabrum reddere, Cal. á

δρέπανον. *A medicine or ointment to take away haire.*

† Droſelytus lapis, quia ſi ad ignem applicetur, velut ſudorem mittit, à δρόσος.

† Droſomeli, Græc. δροσομέλι, à δρόσος ros, & μέλι mel, Jun. *Honey dew.*

† Drudus. *A ſervant.* v. Acerd.

† Druidex *A kinde of gem.*

† Drungarius, a, um, qui uni militum globo præerat, & drugaras dicitur pro drungarius. *Of the band called* Drungus.

† Drungiſtus, idem.

† Drungus, globus militum, Vopiſcus. *A band of ſouldiers.*

† Druophytes, Pl. 32 7 & cap. 10 in quibus locis eruditi malint legere diopetes & diopetis, ut ranas illas intelligas, quæ cum pluvia de cœlo decidunt, Græc. n. διόπετες voc. quicquid ex aere eſt delapſum, quà Jove miſſum, Cal. *A kinde of frogs.*

† Drupæ, pro drupetæ, arum, f. Pl. δρυπεπεῖς παρὰ τὸ ὡίσιν ἐν τῇ δρυΐ. *Olives or oile berries between green and ripe, and ready to fall.*

† Drupus, a, um, proprié de arboribus. *Ripe and ready to fall.*

Dryimus. *A venemous worm in an Oak.* v. Coop.

† Dryites, m. Pl. *A pretious ſtone found in the roots of trees, which burneth much like wood.*

† Dryophites, genus ranarum, Coop.

† Dryophonon, Gr. δρύοφονον, herba dryopteri ſimilis, officinæ nemoralem myrtum appel. Cal.

† Dryops, maſc. Heſ. *A bird like a woodpecker.*

Dryopteris, Græc. δρυόπτερις. *A kinde of herb,* Pl. 27. 9.

† Dryos hyphear, δρυὸς ὕφαρ, genus viſci eſt, copioſiſſimè in quercu naſcens, Gr. Plin. l. 16. c. ult.

† Drypeta, græc. *Olives ripe and ready to fall off the tree,* à ὠίσθια τῆ δρυΐ, quaſi ex arbore decidentes.

† Dryſmus, mi, maſc. gen. gr. δρυσμός. *A venemous worm in the root of an oak.*

D *ante* U

DV in notis antiquorum devotus vir, vel veſter, vel diis volentibus, vel dies quintus. DVL. vel DOL. DVLC. dulciſſimus, DV. vel DVS. devotus, &c.

† Dua, pro duo, Non. Dua in neutro genere veteres dixerunt pro duo, δύω, Quint. 1. 10. & Cicero, videoſ ſepulchra dua duorum corporum.

Dualis, le, Quid. δυικὸς. *Pertaining to two.*

† Dualitas, atis, fœm. id eſt, duplicitas.

† Dualiter, adv. δυικῶς. *In the dual number.*

† Duant, duas, duit, duunt, pro dant, des, dent, vel dederit, Plautus.

† Dubenus pro domino, Feſt. Scal. e, g. dubienus, apud antiquos dicebatur qui nunc dubius, al. qui nunc dominus.

Dubiè, adv. ἀμφιβόλως, ἀπίστως. *Doubtfully, uncertainly.*

† Dubietas, f. Gl. *Doubtfulneſſe*

Am. *Doubt.* ἀμφιβολία, M.

† Dubingenioſus, ἀφυὴς. *Of a bad wit.* M.

† Dubinus, v. dubius, dubenus.

Dubio, as, pro dubito, Plaut.

Dúbiolus, a, um, Gell. ἄπορος. *Doubtfull.*

Dubitabilis, le, adj. Ov. ἐνδοιαστὸς, ἐνδοιαστικὸς. *That may be doubted of.*

Dubitans, tis, partic. ἐνδοιάζων. *Doubting*

Dubitanter, adverb. διαπορητικῶς, ἐνδοιαστικῶς. *Doubtfully, with fear.*

Dubitantia, v. dubitatio.

† Dubitatim, ad Non. *Doubtfully.*

Dubitatio, ōnis, f. verb. ἀπορία, ἐνδοιασμὸς. *Doubt.*

Dubitator, m. *He that doubteth.*

Dubitatur, imp.

Dubitatus, a, um, p. Ov. ἀπορηθεὶς. *Whereon one doubteth.*

Dubium, ii, neut. ἀπορία. *A doubt, a doubting.*

Dubius, a, um. ἀμφίβολος, ἄπορος, ἀμφιδοξος, dict. quod duas vias habeat. *Doubtfull, uncertain, unconſtant, perillous.*

Dúbito, as, avi, ἀπορῶ, ἀμφισβητῶ, διστάζω, à duo & ito, ut διστάζω, à δὶς & ἵσημι, quum aliquis in diverſa ſententia ſit, animumque nunc huc nunc illuc dividit. *To be in doubt, to miſtruſt, to be afraid, to ſtand in a ſtudy.* à dubius.

† Dubo, as, pro dubito, Cath.

† Duea, æ, *Fortune.*

† Ducabilis, le, adj. Gl. *He that hath the conduct or leading, pertaining to a Duke or Captain.*

† Ducatio, ōnis, f. Ter. v. ducatus.

† Ducator, ōris, m. Ter. v. Dux, Ductor.

† Ducatrix, icis, fœm. *A ſhe leader or guide.*

Dúcatus, us, m. Suc. ἡγεμονία, στρατηγία. *A conduct or leading, a charge, a Dukedome, a regiment in war above* tribunatus, *a governour of the Marches.*

† Duce, pro duc, p.

† Ducenaria, æ, f. *The office of procurator,* ducenarius *under the Emperor.* Ap.

Ducenárius, a, um, Plin. διακοσιοστὸς. *Of two hundred.*

Ducenarius, ii, m. Veg. διακοσιάρχης, quia duas centurias in acie ducebat. *A captain of two hundred men,* ducenarii procuratores, *ſuch receivers of the city of Romes revennes as for their ſtipend had two hundred Seſtertii.*

Ducéni, æ, a, pl. Plin. διακόσιοι, & ducenti, æ, a. *Two hundred,* ducenus.

Dúcens, p. ἡγούμενος. *Guiding, leading drawing, bringing.*

Ducenteſimus, a, um *The two hundreth.* ducenteſima actionum, Suet. *An exaction or paiment impoſed by the Publicanes in their ſales for the city of Rome.*

Ducenties, adv. διακοσιάκις. *Two hundred times.*

Ducentuplus, a, um. *Two hundred fold.*

Ducentus, a, um, & ducenti, æ, a, Plin. 200. *Two hundred.*

† Ducilla, æ, f. *A little ducheſſe, alſo a tap or ſpigot,* Cath.

† Ducillus, li, m. dim. à dux. *A little duke.* Cath.

† Duciſſa, f. heroina. *A dutcheſſe.*

† Ducitum pro ductum.

Dúco, is, xi, ctum, ĕre, ἄγω, ἡγέομαι, ἑλκύω, ducimus ſponte volentem, trahimus nolentem, proprié videtur eſſe puto, & ſic cum Feſto á Græco δοκῶ videor, exiſtimo, deinde duco alium ea authoritate qua δοκῶ, ut ſit metonym. efficientis. duco, cum pro puto ponimus, ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ. Non demittere, deſcendere, erigere, exiſtimare, fabricare, gerere, illicere, inducere, judicare, nudare, pertractare, ſervare, trahere, volvere, pati, exerere, excitare, ſtruere, v. Non. & Vet. Gram. protrahere, fundere. *To lead, guide: or govern, to draw, to carry out or away, to move or gather, ſpend or paſſe the time, to revolve or caſt in the mind to regard, to judge, to think, to divide, to cloſe or heal up, to take or make, to begin, to attribute, alſo to reckon or account, to draw together, alſo to object, to engrave, to bear.*

Duco, as, Var. i. gubernare. *To govern.*

Ducor. *To be led, &c. To be forged forth or deluded.*

† Ductabilitas, atis, Au. *Eaſineſſe of beleef, fooliſhneſſe.*

Ductárius, a, um, adject. Cat. ἀγωγὸς, ἀγωγαῖος. *That draweth, leadeth, guideth.*

† Ductatio, f. Cod. *A conducting or guiding.*

† Ductileus, ei, vel ducillus, quod & docillus dicitur & clepſydra.

Ductilis, le, Pl. ἐλατὸς, ἀγώγιμος. *Eaſie to be drawn or beaten in thin pieces with an hammer.*

Ductim, adv. Plaut ἀπλῶς, ἀπαυτιμῶς. *By little and little.*

Ductio,

Ductio, ōnis, fœm. gen. Ulp. Vide ductus, ἀγωγὴ. *A leading or bringing down.*

† Ductitatio, f. Aug. *A leading often about.*

Ductitius, a, um, Quin. εὐάγωγος. *Easie to be led.*

Ductito, as, frequen. Tert. ἀγάγω. *To lead about often.* leg. & ductitor, aris.

Ducto, as, frequen. ἄγω, ἡγεμονεύω, Scal. huc illuc duco, dicitur item rem veneream exercere. *To leade or guide, to delay, to receive, to esteem, to obtain, to have a thing, to keep a whore.*

Ductor, aris, Tac. *To be led or guided.*

Ductor, ōris, m.g. ἡγεμὼν, στρατηγὸς. *A guide, captain, or leader.*

Ductrix. *A woman leader.*

Ductus, a, um, adject. *Led, guided, healed up, derived, begunne, drawne out.*

Ductus, us, m.g. verb. ἀγωγὴ. *A deriving as of water with pipes, a conduit, a guiding, a governing.*

Dudum, adv. à diu, alludit ad gr. δηὖτε diu, πάλαι. *But late, ere while, also a great while since.*

Duella, æ, f. Jun. *The third part of an ounce containing eight scruples, two Sextulæ.*

† Duellarius, a, um, Cæs. *Martiall, belonging to war.*

Duellator, ōris, m. verb. Pla. πολεμιστὴς. *A warrier.*

Duellicus, a, um, Lucr. πολεμικὸς, bellicus. *Pertaining or fit to war, martiall, warlike.*

† Duellio, ōnis. *An enemy.*

Duello, as, μάχομαι. *To fight in battell or within limits.* Coop.

† Duellona, v. bellona.

Duellum, li, neut. Fest. πόλεμος, bellum videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur, à duo. *A fight between two, a fight hand to hand, also battle, warre.*

† Dugulo, i. gulæ dedo.

Duicensus, Fest. dicebatur cum altero si cum filio census. *He that is joyntly taxed with another, as the father with the son, double taxed.*

† Duidens, Fest. quod binos habet dentes. *A sheep of two teeth, that is, two years old,* hostia bidens.

† Duigæ, pro bigæ. Var.

Duini, pro duo, Var. bini.

† Duis & duint, pro dederis & dederint, Pla. duis. & duint, pro das & dant, antiq. Fest. duis ponebatur pro dis vel bis.

† Duitas. *A duty.*

Dulcacidus, a, um, Ser. ἡδύλυκος, ex dulcis & acidus. *That which hath a mingled taste with sweet and sowre.*

† Dulcamata, æ, f. *An herb called woody Night-shade.*

Dulcè, adverb. γλυκέως. *Sweetly, pleasantly.*

Dulcedo, ĭnis, fœm. gen. γλυκύτης, ἡδυσμα. *Sweetnesse, pleasantnesse, delight.*

Dulceo, es, ui, & dulcesco, cis. γλυκάζω, γλυκαίνομαι. *To waxe sweet.*

Dulciarius, a, um, ἡδύλυκος. *That pertaineth to sweetnesse.*

† Dulcichymum, mi, id. quod memirem.

Dulciculus, a, um, dim. ὑπόγλυκυς. *Somewhat sweet.*

Dulciferus, a, um, Plaut. *Bearing sweet.*

Dulcifluus, a, um, γλυκερρόος. *Flowing sweetly.*

Dulciloquium, ii, neut. g. εὐφωνία. *Sweet speech.*

Dulciloquus, a um, ἡδυεπὴς, μελίγηρυς. *Speaking sweetly.*

Dulcimodius, a, um. *Melodious or sweet tuned.*

Dulciolum, li, n. Ap. *A sweet meat or marchpane.*

Dulcis, e, & dulcior, issimus, a, um, γλυκερὸς, ἡδὺς, ex γλυκὺ, vel ex delicio, quod dulcia maximè alliciant, Canin. γλυκὺς dulcis, qu. gulsis. *Sweet, delicious, pleasant, favourable, also gentle.* Dulcis ex ἡδὺς, ἁνυκὸς.

† Dulcisida, γλυκυπὶς, παιωνία. Dod. *The herb Piony.*

Dulcisonus, a, um, γλυκύφωνος. *Sounding sweetly.*

Dulcitas, atis, fœm. g. & dulcitudo, inis, γλυκασμὸς. *Pleasantnesse, delectablenesse.*

Dulciter, issimè, adverb. γλυκέως. *Sweetly, gently.*

Dulco, as, Sid. Ap. γλυκαίνω. *To make sweet.*

Dulcor, ōris, masc. Plin. γλυκύτης. *Sweetnesse.*

Dulcoratio, ōnis, fœm. Afran. & dulcoratus, us, m. γλύκασμα. *A making sweet.*

Dulcoro, as. *To make sweet.* Acerd.

† Dulenſis, Cath. *A servant.*

† Dulia, æ, f. Græc. δουλεία, servitus sive cultus quem servi domino exhibent, accipitur etiam pro ipsis servis, quemadmodum apud Lat. servitii vocabulum. *The service of a Bondman or slave, also the Bondmen themselves.*

† Dulichius, a, um, prop. pertinens ad insulam Dulichium.

Dulus, δοῦλος, servus.

Dum, ידם gnad, gr. δὲ, ἀγαθὸν, ἄγαν, ἄχρις δ, ágedum, à δὸς quod interdum est adverbium temporis, sic ἀγαδὴ agedum, sanè, nam propriè est, sanè, jam, etiam, certè. *When, whiles, until, as long as.*

† Dumalis, le, adject. *Pertaining to Briers.*

Dumectum, quasi dumicetum, pro dumetum, Fest.

Dumetum, ti, neut. θαμνὼν, ἄκανθων. *A ground full of bushes and brambles.*

Dummodò, adv. ἐὰν. *So that.*

† Dumo, as, ἀκανθίζω. *To bring forth briers.* leg. & dumeo, es, *to be full of brambles,* & dumesco, s. *To begin to be,* &c. v. Cath.

† Dumosiras, atis. *That hath many brambles.* leg. & dumosè, adv.

Dumosus, a, um, ἀκανθώδης, ἀκανθικὸς. *Full of bushes, briers, or thorns.*

Dumus, i. m. θαμνὸς, βάτος, ex δουμὸς, sylva condensa vel querna, ex δρῦς quercus, Scal. à duo δύω subeo, quòd animalia subeunt latibula. *A bush, all kinde of thorns, briers or brambles, a grove.*

Duntaxat, adv. ex dum & taxo, i. æstimo, μόνον γὰρ, γέ τι, *Onely, at the leastwise.*

Duo, æ, o, plur. δύο vel δύω. *Two.*

Duo, duæ, duo, aliquando duo accusativo ponitur pro duos & genitivo duum pro duorum.

† Duo, is, dui, duere, tribuere, dare, solvere. *To loose,* δύω cingo.

Duodecennis, ne. ex duo & annum. *Of twelve years.* Cath.

Duodecennium, ii, n. *The space of twelve years.* Cath.

Duodecies, adverb. δωδεκάκις. *Twelve times.*

Duodecim, ind. δώδεκα, δυωκαίδεκα. *Twelve.*

Duodecimus & duodenus, a, um, Plin. δωδέκατος. *The twelfth.*

Duodena, æ, f. *A quest.*

Duodenarius, a, um, δωδεκατικὸς. *The twelfth.*

Duodeni, æ, a, δώδεκα. *Twelve.*

† Duodennis (ut septennis.) *Of twelve years.* Cath.

Duodenum, idem quod intestinum primum, à duodecim digitorum longitudine, Herophilus δωδεκαδάκτυλον appell.

Duodenonaginta. *Wanting two of ninety.*

Duodenus, id est, bonus, qui libenter tribuit, à duo, Cath.

Duodeoctoginta, Plin. *Foureſcore save two.*

Duodequadragesimus, Liv. *The eight and thirtieth.*

Duodequadraginta. *Eight and thirty.*

Duodequinquaginta, P. *Forty eight.*

Duodetricesimus, Gel. *The eight and twentieth.*

Duodetricies. *Eight and twenty times.*

Duode-

Duodetriginta. *Eight and twentie.*

Duodevicẽni, æ, a, Liv. *Eighteen.*

Duodevicesimanus, a, um, Tac. *The eighteenth.*

Duodevicesimus & duodevigesimus, idem.

Duodevicies. *Eighteen times.*

Duodeviginti, adject. plu. indecl. duodeviginti dicendi consuetudinem à Græc. traxisse videmus, qui sic enunciant, δυωκαιεικοσι, al. leg. δυοδεκαοκτω & ιθ' δεικοσιν, Fest. duodeviginti δυοιν δεουτα εικοσι. *Eighteen.*

Duo & vigesimanus. *The twenty and two.*

Duo & vicesimo anno, Gell. *The two and twentieth year.*

† Duonum, Fest. pro bono.

† Duonus, bonus.

† Dupia, fœm. gen. *A kind of vessell,* M.

† Duplares, Cl. *Knights and souldiers having double allowance.*

Dupla, æ, Var. pro duplum.

† Duplari, pro duplicari, Caius.

† Duplaris numerus. *Wherein the lesse is twice numbred.*

† Duplatio, Paul. v. duplio.

Duplex, icis, ex duo & plico, cum duabus plicis, διπλεξ, διπλοϊς, διπλάσιος. *Double, twice as much, also broad.* Virg.

Duplicarius, vel dupliciarius, a, um, Liv. διμοιρίτης. *Having double allowance or wages.*

Duplicatio, ōnis, f. Dig. διπλασιασμος. *A doubling.*

Duplicatò, adv. Plin. διχα, διχως. *At the double.*

Duplicatus, a, um, part. Plin. διπλασιωθεις. *Doubled, made twice as great.*

† Duplices, um, masc. gen. Tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores & amatoriæ scribi solebant. Cal.

Dupliciarii, alias duplicarii, milites dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur.

Duplicitas. *Duplicity.*

Duplicitèr, adverb. διττως, διχα, διδυμα. *In two wise, for two causes.*

† Duplicium, ii, neut. Non. *A doublet.*

Duplico, as, duplicem facio, διπλόω, διπλασιαζω. *To double, to encrease, to make twice so much.*

† Duplicularius, Gl. pro duplicarius.

Duplio, is, verbum 12. tabularum, quo duplex vel pecuniæ vel capitis mulcta injungitur alicui. vide Calvin.

Duplio, ōnis, m. τὸ διπλάσιον, duplionem antiq. dicebant quod nos duplum, venit à Græc. διπλοῦν, Plin. *The double, a multe so called.*

Duplò, adv. διπλασιως. *Twice as much.*

Duplo, as, pro duplico, as, Fest.

† Duploma, pro diplōma, Calv.

Duplum, li, neut. gen. (ex διπλόον) τὸ διπλάσιον. *The double, or twice so much.*

Duplus, a, um adject. διπλάσιος, διπλοῦς, contract. διπλοῦς, παρὰ τὸ δύο πλεων, fit δυπλοῦς, ἡ διπλόος, aut à δὶς διπλόος. *Double, twice so much.*

† Duppondiarium, quod est diploma. *A kinde of vessell,* Cæl. 27. 27.

Dupondium & dupondius vel dipondium, à duobus ponderibus quod unum pondus assipondium dicebant quod as erat libræ pondus.

Durabilis, le, adj. Ovid. ἐμμενης, δυσφθαρτος. *Durable, of long continuance.*

Duracina, à duris acinis. *A kinde of peaches that will not easily be separated from the stone.*

Duracinus, a, um, adject. id. dicitur cujus corpus ligno adhæret, vellique nequit, Plin. σκληρόδερμος. *That hath an hard skin or pill.*

Duramen, inis, & durāmentum, ti, n. Sen. σκλήρωμα, κραταίωμα. *The arm of a vine, also constancy, stableness, hardning.*

Durans, tis, p. διαμένων. *Continuing, abiding.*

Durata, ōrum, n. Liv. δόρατα, à δόρυ lignum. *Wood, timber.*

† Durateus, a, um. *Wooden, or of wood.* Cal. ex Luc.

Duratio, ōnis, f. Liv. ὑπομονὴ. *Continuance, abiding, perseverance.*

Durator, ōris, masc. & duratrix, icis, Plin. à duro, σκληυτης. *He or she that endureth.*

Duratus, a, um. Liv. σκληρωθεις. *Hardned, frozen, dried.*

Durè, adv. Ter. v. duritèr.

† Durecordinm, ii, n. Ter. σκληροκαρδία. *Hardnesse of heart.*

Dureo, es, σκληρύνομαι. *To be hard.* Ov. Col.

Dūresco, is, ui, ĕre, σκληρόω. *To wax or become hard, to be hardned, to be frozen, or to continue long.*

Dureta, Hispanica vox. *A vessell in a bath to sit in and bathe in,* Suet. in Aug.

† Duribuccus. *That will not open his jaws.* Ac. duribucius.

† Duricordium, durities cordis, σκληροκαρδία. *Hardnesse of heart.*

Duricoria dicuntur quæ sunt duri corii, Plin. 35. 18. *That hath a hard hide or skin or rinde.*

Duricors, dis, e.g. σκληροκάρδιος. *Hard hearted.*

Duriloquium. *A harsh speech.*

Duritas, atis, f. σκληρότης, σκληρία, σκληρομα. *Hardnesse, rudenesse, cruelty.*

Duritèr, duriùs, duriſſimè, adverb. σκληρῶς, χαλεπῶς. *Hardly, cruelly, uncourteously.*

Duritia, & durities, ei, f. vide Duritas.

† Duritudo, Non. idem quod duritia.

Durius, a, um, δύερος. *Wooden or of wood, very great.* Val Flac.

Duriuſculus, a, um, Plin. ὑποσκληρός. *Somewhat hard.*

Duro, as, Col. σκληρύνω. *To harden, to confirm, to stop, to sustain, to forbear, endure, last or continue, to abide.* διαμένω, διαμίνω.

Duror, aris, Ovid. *To be hardned, &c.*

† Durſa, æ, f. terminus, meta, limes. *A meer or mark.*

Durus, a, um, & ior, ſſimus, σκληρός, χαλεπός, Bec. δρυόεντος, i. ligneus, δόρατα, item δόρια, i. ligna, δόρυ lignum, quod à δέρω, quasi δέρμα ἐκ τῆ περικὸς δοπδέρεσθαι, seu ξύλον ἐκδεδερμένον. Hinc & durus edurus, Aven. ex דור dur. *Hard, solid, costive, hard witted, dull, rude, cruel, grievous, stiffe, heavy, sharp, rough.* Dura mater, *the skin that covereth the brain next pia mater.*

† Dusmosus, pro dumosus, Fest.

Duumvir, ri, masc. g. δυόδαρχος & duumviri, orum. *Two Officers in Rome, which two had authority over prisons and persons.*

Duumviralis le, Dig. *Pertaining to that Office so called, that hath bore that Office.*

Duumviratus, us, m. δυοδαρχία. *The office of two in equall authority, the sheriffship in a city.*

Dux, ucis, c. g. ἀρχηγὸς, ἄρχων, ἡγεμών, ex duco, Var. al. ex dico, doceo ab eo quod sit ducere qui est dux aut auctor, qui ita inducit ut doceat. *A Captain, a guide, a principall doer, a ringleader, a Duke or a Prince, a Warden of the marches of the land.*

D ante Y

† Dyas, δύας, numerus binarius, sicut denas est numerus denarius. *Two, a deuce.*

Dynamene, Cal.

Dynamis, Græc. δύναμις, Pla. Pseusc. 2. 2. 1. *Power, plenty.*

† Ergobalus. *One that taketh work by great.*

† Ergumenus, ni, m. *Vexed with an evill ſpirit.*

Erica,æ, vel ericē, fœmin. gen. Pl. ἐρείκη, ab ἐρείκω, ἐρικα, à frangendo nomen habet. *The ſweet broom or heath.*

Ericæum, æi, n. *The third kinde of honey.*

Ericcus, a, um, mel ericæum, quod ex erica colligitur, Plin. 11. 16.

† Ericeo, frutex quædam, Plin. *A certain ſhrub.*

† Ericetum, ti, n. g. Jun. ἐρεικεών. *A place where heath or broom grow eth.*

† Erichius. *A fiſh called a rochet.*

† Erichon, i. carina.

Ericius, cii, maſc. g. Saluſt. animal ſpinis coopertum, quod exindè dicitur nominatim eo quòd ſubtegit ſe quando ſpinis ſuis clauditur, quibus undique protectus eſt contra inſidias. Iſid. apud Cæſarem, lib. 3, de bello Civ. videtur fuiſſe munitionis genus, quum aut humi, aut aliqua materia, tela palóve defigebantur, non valde à terrâ remotâ, hinc nomen habet, ab ἔρα terra. *A warlike Engine made of iron work, full of ſharp nailes or pricks, a hedgehog.*

Ericus, Saluſt. *A warlike engine, alſo a beaſt covered with pricks,* Itid.

Erigeron, tis, n. ἐριγέρων, Plin. 26. ult. *The hearb Groundſill.*

Erigo, is, xi, ctum, ĕre, ab è & rego, ἀνίστημι, ἀνορθόω, erigor, per metaph. conſolari, ſublevare. *To raiſe or ſet up, to advance, to lift up, to ſuccour,* erigor, paſſ.

† Erigoneius, Ovid. ἐριγονήιος. *The dog ſtarre.*

† Erim, Feſt. nec enim, nec eum, ergo erim pro em, ut nucerem pro nucem, boverem pro bovem, V. M. ex Scal.

† Erinaceus, Jun. idem quod dres.

† Erineon, i, caprificus, Strab.

† Erineus. *The fruit of the wilde fig tree.*

Erinnys, yos, & nyis, & erinnya, & in plurali erinnes, id eſt, furia infernalis ſic dict. quod humanam corrumpat mentem, ἐριννύς, ὅτου τὰ ἔμφρονα τῶν νῶν. Inter poetarum figmenta eſt furia infernalis, ultrix peccatorum, ἐρινύων Arcadibus erat ἐριζόδους iraſci, ערור charon Heb. ira al. ab ἔρις lis, al. putant ἐρίνων dici quaſi ἔρα τὰ litem mentis, al. παρὰ τὸ αἴρεις ἀνθέτην quæ imprecationes exequatur, al. παρὰ τὸ ἐν ἔρα ναίειν quod in terra habitat & hominum facta attendat, v. in propriis.

† Erineum, erineon. *A certaine hearb,* ἐρινεὸν, vel ἐρίνεον eſt fructus caprifici, caprificari ἐρινάζειν, ab ἔρις, vide M.

† Eriophorus, a, um, ἐριοφόρος, i. lanam ferens, laniger.

† Eriopolium emporium lanæ, πωλέω vendo.

† Erioxylum, id eſt, ἔριον lana, ξύλον ligni, Ulp. *The woull of the ſhrub* Xylen.

† Eriphia,æ, f. g. ἐριφία, Pl. magi prodidere hanc in avenis ſcarabeum habere, ſurſumque deorſum decurrentem, cum ſono hœdi, undè & nomen habet, Calep. *A certaine hearb,* Pl. 24. 18.

Eripio, is, ui, ptum, ĕre, ex è & rapio, ἐξαρπάζω, ἐξαιρέομαι. *To take away by violence, to pluck out, to deliver from, to deprive of, to ſnatch.*

† Eris, idis, f. g. Græc. ἔρις. *Strife, contention, alſo a certain hearb.*

† Eriſma, ătis, neut. gen. Vitruv. ἐρισμὰ. *A ſhore ladder,* ab ἐρείδω fulcio.

† Eriſmæ, arum, fœm gen. plural. Vitruv. *Arches, buttreſſes or ſhore poſts.*

† Erithace, Græc. ἐρυθακὴ, ab ἐρυθὸς, a rubedine, Ariſt. l. b 5. H. animal. Cap. 22. Plin. lib 11. cap. 7. de

apum opere. *A kind of wax or honey or red juice in the honey combes of Bees.*

Erithacus, i, masc. gen. ἐριθάκος. *The bird called the Robbin red-breast* 10.29.

† Erithales, ἐριθαλὶς. *The herb prick-madam*, ἐρὶ valdè, θάλλω vireo.

† Erithrataones, Suet. Calig. c. 22. alias terr-ones. *A kinde of geese.*

† Erithrodanum, ni, n. *A certain herb.*

Eritius, Cæs. lib. 3. de bell. civ. videtur fuisse munitionis genus, quũ aut humi aut aliqua in materia, tela paljve defigebantur, non valde remota à terra.

† Eritudo, inis, f. Antiq pro servitude, Fest. erus scrib. Vet. qd à Gr. ἐρὰς, unde ἔρασς.

Erivatio, f. Vitruv. *A drawing of water away.*

Erivo, as, ex è & rivus, Plin. ἐξυγαγὼ. *To draw water away by a stream, to dry up.*

† Ermiscion, Isid. *A kinde of Crystall.*

† Erneum, & hirnea, Scal. *A wine vessell.*

† Ero, vide æro.

† Ero, ōnis, m. Jun. *A leather bag, a satchell.*

† Ero pro hero, Calv.

† Erodius, ii, m. ἐρῳδιὸς, Homer. dict. qu. ἐρὰδιὸς, quod in paludibus degat. *A certain bird that in the time of breeding, sweateth blood.*

Erōdo, is, si, sum, ĕre, Pl. χαταρώγω, χαταβιβρώσκω. *To gnaw off, or about, to eat into or about.*

Erōgatio, ōnis, f. verb. ἐνδοσις, ἐξοδὸς. *A bestowing, or liberall distribution.*

Erogator, oris, m. Cic. *An almoner, or almner.*

† Erogatorius a, um. *That goeth with a pulley, or some such deuise.*

Erogatus, a, um, p. ἐνδοθεὶς, ἐξοδωθεὶς. *Spent, bestowed, distributed.*

† Erogenneton, Plin. *A certain herb.*

Erōgito, freq. ab erōgo, Plaut. χαταπίνω, ἐπιθυμῶ. *To desire very heartily.*

Erōgo, as, distribuo, ὀνηδίδωμι, ἐξοδιάζω, σφάττω. Erogo proprie est rogando elicio: item pro expendo. Perot. erogo, distribuo, & quasi rogantibus effundo, rogatores enim postulatores dicuntur, unde rogare legem est petere. & dare rogata seu interrogata plebe, ita erogare est ἐνδιδόναι, elargiri tanquam rogatã aut cognitã aliorum indigentiã. *To employ or bestow upon a thing, to deliver and give to them that ask to beg.*

† Eros, græc. ἔρως amor. *Love, amentia.*

Erosio, f. Cels. *A consuming or eating up.*

Erosus, a, um. p. ab erodo, Plin. χατεβεβρωθὸς. *Eaten in two, gnawn round about, or out.*

† Erotema, atis, n. gr. ἐρώτημα, Aquila. *A demand or question*, gr. ab ἔρομαι interrogo. *Also a kind of figure.*

† Erotematicus. *He that often demandeth.*

† Erotopægnion, Auf. *A Poeme of Livie touching loved parties.*

† Eroticus, ut erotica carmina, v. amatorius.

† Erotylus, Pli. 37. l. 10. ἐρώτυλος. *A precious stone, lat. qu. amatorculus.*

† Erpillum, li. *Wilde time.*

† Errabilis, le, adject. *That may erre.*

Errabundus, a, um, Liv. πλανώμενος, ἀλωνὸς. *A vagabond, that wandereth.*

† Errantia, æ, f. id. quod erratio. Non. ex Acerd.

Erratica febris, five inordinata. *A fever that cometh not at any certain times.*

Erraticus, a, um, πλανητὸς. *That creepeth this way and that way; also a vagabond.*

Erratilis, i. errabundus.

Erratio, f. verb. πλάνημα, πλάνησις. *A wandering abroad, a going out of the way.*

Erratitius, a, um: Fron. *That useth to wander or stray, and leaveth it.*

Errator, masculi. Tert. *He that strayeth.*

Erratrix, f. Fro. *She that wandereth.*

Erratum, ti, s. n. σφάλμα, παράπτωμα. *An errour, a fault committed of ignorance, an offence.*

Erraturus a, um. *About to erre or wander.* Senec.

Erratus, a, um. p. Ov. πλανηθεὶς. *Done amisse, in which errour is committed.*

† Errhinum, ni, n. gr. ῥῖνον, dict. quod naribus inditur, ex ὸ & ῥὶν naris, sic dicunt medicamentũ quo naribus excepto caput purgatur. M. Jun. *A certain medicine.*

Erro, as. Scal. πλανάομαι, πλημμελὲω, ἁμαρτάνω, ἀπὸ τὲ ὁρθῶν. Gel. Errare est vagari sine ordine, temere. oves errare dicuntur, quia dum pascuntur, vagantur huc illuc. frequẽtius est errare, falli judicio. aliud pro alio putare: vide Mart. ex Scal. item pro pascere, quoniam errando pascunt oves. *To wander, stray, to be deceived, to faile, to graze about, to offend, to erre.*

Erro, ōnis, masc. Ulp. πλανὴς, πλάνητης. *A wanderer, a vagabond, a loyterer, a rogue.*

Errones, Col. idem.

Error, oris, m. πλάνη, ἁμάρτημα, error proprie est deflexio à via. *An errour, mistake, false opinion, ignorance, deceit, wandring, an offence.*

† Ervangia, æ, fœm. Jun. *A certain weed.*

† Erubeo, es, ui, αἰδήμω. *To blush.*

Erubescendus, a, um, Hor. χαταισχυντὸς. *To be ashamed of, dishoneſt.*

Erubescens, tis, p. *Blushing.*

Erubescentia, æ, f. Gal. αἰδὼς. *Blushing.*

Erubesco, is, ui, escĕre, ἐρυθραίνω, ἐντρέπομαι, αἰδήμω, valde rubesco, proprie sig. rubore suffundor, rubeo. per metaph. rubore suffundi. *To be ashamed, to blush for shame.*

Eruca, æ, fœm. Col. χάμαι. (Isid. qu. urica, quod ignitæ sit virtutis, & in cibo sæpe sumpta veneris incendium moveat, vel quod linguã erodat: M ab erugo quia se corrugat & erugat dum repit. *A palmer worm, also the herb rocket.* Hor.

Eructatio, ōnis, fœm. ἀνάρευξις, ῥιγμὸς. *A belching or breaking of wine off the stomack.*

Eructator, oris, m. Cel. *He that belcheth, or breaketh winde upwards.*

Eructo, as, freq. ab erugo, ἐξαρυόω, (Scal. Ll. 26. puto eructo, fuisse simplex & non compositum, est n. freq. ab erugo, ἐρεύγω, postea per ablationem rugo, ὀρύω, ructo, ructus, Aven. ex ירק jarak eructavit. *To belch up, or break winde upward, to send or cast out, to speak rudely, and with great despite*: item ejicio.

Eructuo, as, Aug. i. ructum facere. *To belch up.*

Eructus, a, um, part. *Belched up.*

Erudero, as, ex è & rudus, eris, ἐξυρωπέω. Erudero, ruderibus expurgo. *To carry out rubbish*: Var.

Erudiendus, παιδευτέος. *To be instructed.*

Erudio, is, īvi, ītum, īre. ex rudi doctum facio, extra rusticitatem pono, polio, χρηστέω, παιδεύω, χαταρτίζω. *To instruct, to teach an art or science, to bring up, or exercise in.*

Erūdītè, eruditiùs adv. πολυμαθῶς. *Learnedly, skilfully.*

Eruditio, ōnis, f. verb. παίδευσις. *Learning, knowledge, erudition.*

Erūditulus, a, um, Catul. *Somewhat learned.*

Erūditus, a, um, & issimus, παιδευθεὶς, ἔμπειρος. Græcas res eruditi, Gel. 2. 21. *Instructed, taught, learned, skilfull.*

Erūgātio, ōnis, fœm. verbal. Pl. ἐρεύ-

ἐκρύσωσις. *A taking away wrinckles.*

Erugatorius,a,um, Jun. *That puteth away wrinckles.*

Erūgo,as, vide eructo rugas tollo. Pl. ἐκρυσῶσις. *A taking away of wrinckles.*

Erūgatus, a, um, Pl. *Smooth without wrinckles.*

Erugo, & erugio,is,ere, Fest. ex è & rugo, inde ructo, Gel. gr. est ἐρυγὴ ἐρεύγεσθαι. *To belch and breake winde upwards.*

Ervilia,æ, f. vel ervilium, Pl. idem quod ervum, quod à gr. ὄροβον, ervilia, ὀρόβιον appel. gr. Fest. genus leguminum ab ervo.

† Erumna, V. Ærumna.

Erumpo, is, ūpi, ptum, ere, cum impetu egredior; eruptionem facio, ἐξορμάω, ἀναῤῥήγνυμι. *To breake out violently, to leape out, to come abroad, to set upon violently, to flye swiftly.*

Erunco,as, Colum. runcando evello, ἐκτοπίζω. *To weed out, to pull out weeds.*

Eruptio, ōnis, f. verbal. ἔκπτωμα, ἔκπτωσις. *A violent issuing or breaking forth, a violent assailing.* Vide exanthemata.

Erupturus, a,um. *That will breake or fall out.*

Eruptus,a,um. part. ab erumpor. *Burst out.*

Eruo,is,ŭi,ūtum,ere, ἐξερύω, ἐξαίρω, ejicio, extraho, item destruo, item perfcrutando invenire, eruere aliquem in eloquentiam & libertatem, id est, scripta ejus edere, Sene. *To draw out with force, to plucke up by the root, to know by much labour, to overthrow,* extraho, libero, eruo, pro traho, Græc. ἐρύω ex ῥύω traho.

† Erus servus, ab antiquo græco ἔρος, unde ἔρως & ἐρωτικὸς, ἔρως & ἐρωτικὸς, ἀσχημοσύνη, inde eritudo servitudo, Fest. M. ab ἔρω necto, qui servus in alieno nexu Heb. עִיר gnir est vigil. Da. 4. 10. 14. 2. Sept. ἐγρήγορος.

† Erutherus lapillus dict. quia ab Erythro mari peteretur.

† Eruthrimus, & eruthimus, Pl. *A rotchet.*

Ērūtus,a,um, ἐξωσμένος. p. *Pulled or weeded out, cast out, overthrowne, searched out.*

Ervum,i, n. ὄροβος dict. ab eruendo, capitur, n. & manu vellitur, Fest. ervū & ervilia à gr. sunt dicta quia illi ervū ὄροβος & ervilia ὀρόβιον appel. Virg. Col. *A kind of pulse.*

† Erygion, Dioſc. 3. *Aloe.*

† Erymanthum thi. n. Cic. bellua quædam vastifica. *A spoyling or destroying beast.*

Erynge,es, fœm. gen. & erygnon, ii, n. Græc. ἠρύγγιον, Plin. *A kinde of thistles.*

Eryng'um,ii, n. *A kinde of Seabolly.* ἠρύγγιον.

† Eryſimum,i n. sive erysimon, ab ἐρύειν à foliorum sectione, al. ab ἐρύειν à facultate trahendi, al. Gr. ἐρίσμιον, i. pretiosum, Cal. *A certain seed or hearb, water cresses.*

† Eryſipelas, atis, n. Jun. ἐρυσίπελας rubor cum inflammatione ac dolore, παρὰ τὸ ἐρύειν ὅτι τὸ πλῆθος ἡ ὀπτηρὸν τοὺς πλησίον ὀπτημένους, quòd vicinas partes ad se trahit, easque quasi diffluendo occupet. Mal. ab ἐρυθὸς, rubefacio, & πέλας. *A certain sore or bile; also S. Anthonies sore.* ἐρυθρόκοκκον.

† Eryſipelatosus,a um, adjectiv. *Troubled with that disease or griefe.*

Eryſiceptum, Diot. *The name of diverse hearbes,* ἐρυσίσκηπτρον, al. sceptrum voc. ab ἔρις & σκῆπτρον, rubedo. al. ab ἔρις, iris, & σκηπτὸν innitor, Pl. 12. 14. Cæl. 12. 1. V. M.

† Erythace,es, f. Var. ἐρυθάκη. *Bees meat while they labour, Honysuckles,* à coloris rubedine dict.

† Erythanon, n. *An excrescence out of the root of a plant.*

† Erythia melissophyllon, Dioſc. 2. 117.

Erythinus, vel eruthrinos, vel erythricus, Plin. *A certain fish.* à coloris rubedine dict.

† Erythoide est intima testiculorum tunica, &c.

Erythræus, lapillus dict. quod ab erythræo mari peteretur. Sta. ἐρυθραῖος. *A pearle.*

† Erythreus, a,um, adject. ruber, a, um.

† Ery thranon, Bartol. *A kinde of juice.* à rubedine acinorum.

† Erythraum; Satyrum Digest 5. 146.

† Erythrinus piscis, qui Latine rubellio, à rubro colore, qui Græcis ἐρυθρὸς, & apud Plin. est Erythinus.

† Erythrodanum, ἐρυθρόδανον. *A certaine hearbe.* à radicis rubedine. Plin. 14. 11. à δάνω aridum.

† Erythron, ἔρυθρον. *A kinde of night shade.*

† Erythros, ἐρυθρὸς, frutex qui & thus appel. Plin. *A certain hearb* à rubedine.

† Erythrotaon, ἐρυθροτάων, quasi ruber pavo, παὼς pavo dic. & terra τέτριξ τέτρηξ, Plin. *A kinde of seland, a bustard,* à colore dict.

† Erythyos. *The hearb called Redbeet.*

† Erytra, Melissophyllon, Dioſc.

E. *ante* S.

ES. in notis antiquis, e senatu. EE esse, vel ex edicto, EE. NP. esse non potest, &c.

Es pro ede.

Es pro esto, Luc.

Esalon, V. Æsalon.

Esca,æ, f. βρῶσις, ἔδισμα, δεῖπνον ab edendo, ab esum, vel ἔδω, ἐδέω ex אכל achal. *Meat, food, also a bait or allurement.* Isid. quia os capit.

Escale,is,n. Jun. *A dish or platter to serve meat in.*

Escalis,le,& escarius, a, um. adj. Plin. σιτηρὸς. *Pertaining to meat, fit to be eaten.*

† Escammena, scamma, limesque & saltus, terminus qui in pentathlo fiebat ducto sulco.

† Escara, ἔσχαρα, ignis focus. v. Cæl. Rhod. *Also a cruſt that is made on a wound by a searing iron; also a kind of hearb, a kind of vessell.*

† Escaria, Eustat. ab ἐσχάτη ἐσχάρα. al. ab אֲרִיאֵל alha ignis est & altare tanquam focus hostiæ, Vitr. 10. 17. basis.

† Escariæ mensæ quadratæ voc. in quibus homines epulantur, ab esca, escariæ vites, pl. *A kind of vines.*

Escarius, a, um. Pl. σίτιμος. *Pertaining to meat.*

† Escaroticum medicamentum in crassa essentia est, & cuicunque inhæserit parti, stipitis ritu infixum eam excruciat, comburit, Stup.

† Escaroticus, a, um. σαρκοφυκὲς. cruſtam inducens.

† Escarus, ri, m. Isi. piscis dict. quod solus escā ruminare prohibet

† Escas fit mentio, pro escæ.

† Escatelis, le. escalis.

† Escatio, f. Aug. *A feeding upon meat.*

† Escendo, is, Suet. c. 22 in humeros non imponi, sed escendere ponitur pro ascendere.

† Escharites panis. *Bread, baked or broyled on a gridiron,* Cel.

† Escharoticus, a, um, ab ἔσχαρα. *That which doth tie up or bringeth to a cruſt.*

Escit pro erit, item esit pro erit, vel ab ἔσμι ἔω ἔσω, Vide M. & Turneb.

† Esco, as, Solin. *To feed upon.* Escor pass.

† Escosus, a, um. *Full of meat.*

† Esculentia, *Fatnesse,* esculente adverb.

† Esculentum, ti, n. g. Non. ἔδισμα. *Meat.*

Esculentus, a um, adj. quod esui aptum est. σιτίμος, σιτάσιμος. *Anything to be eaten, or pertaining to eating.*

Esculetum, Var. locus escalis, consitus, *also* idem q. esculentum.

Esculeus, a, um, & esculinus, ad esculum pertinens.

Esculus, πλατύφυλλον, ab edendo, ut fagus à ἐσθίειν, dict. Serv. qd. primi mortales, nondum inventis frugibus, glande ejus pro esca uterentur. Arbores ex genere glandiferarum.

† Eldra, compositio, Val. ad ægritudinem cerebri, ex עזר gnahur auxilium.

† Esecatio, fœm. gen, Calv. *A cutting of a childe out of the mothers wombe.*

† Eseco, as, Seren. *To cut a childe out of the mothers belly.*

† Esilio, is, ire. *To glaunce up or glide, or run upon the top.*

Esitatio, ōnis, f. Cels. *An often eating or cramming.*

Esteria, ἑστιατρία, five ἑστιατρεῖα, Calendæ Januarii annique initium.

Esito, as, frieq. ab edo, Plaut. κατεσθίειν, ἐσθιατρᾶν. *To eate often, to use to eate.*

† Eso, pro ero, Var.

† Esophorium, quod interius gestatur, interula. *A shirt or wasteceat.*

† Esopia, sedes, Vide Meurs. in Plaut. esopia veteres vocabant sedes, M. ab ἔσω & ὀπή foramen, aut à sessionis ope.

† Esopon, lactucæ genus, Pl. 20. 7. ὅσπ τὸ εἴσειν τὸν ὀπὸν, ὅσπ τὸ ἔσω ἔχειν. *A kind of wild lettice.*

† Esotericus, a, um, adjectiv. ex ἐσωτέρω ut acotericus, Augustin. *Inward, &c.*

† Esos, Plin. V. Exos.

† Esox. *A kinde of fish,* Plin. 9. 15. ahleg. exos quod ossibus caret.

† Espineta, Jun. *A harp, the virginals, or claricords.*

Esse, infin. ab edo, ἐδέειν. *To eat.*

Esse, infin. à sum εἶναι. *To be.*

Essedarius, ii, masc. gen. ἁρμαμαξεύτης. *A waggoner or carter, a chariot-man.*

Essedum, di, n. vel esseda, æ, f. ab assidendo, ἅρμα, ὄχημα. *A wain, chariot or waggon,* Sen. Epist. 56. habet esseda, æ. *A seat in a chariot.*

Essentia, æ, f. Quint. ab esse, οὐσία. *The essence or being of a thing.*

Essentiale, lis, n. quod est essentia *A thing essentiall.*

Essentialis, le, adj. Arist. οὐσιῶδες. *Essentiall.*

† Essentialiter, Aug. de Civ. i. secundum essentiam, οὐσιωδῶς. *Essentially.*

Esto, V. Sum.

Essi pro edi, Plaut.

† Esthiomenes herpes. *An inflammation arising from pure choler in the skin, exulcerating it with paine,* Acerd

† Esto, i. Asto.

Estor, oris, m. & estrix, cis, ab edo, Plaut. *He or she that eateth much.*

Estrix, icis, fœm. gen. verb. ab edo, Plaut. *A woman ravener or great eater.*

† Estunto imperantis.

† Estur ab edor, Plaut.

Esula, herba אשא aska ignis, M. V. Tithymallus, M.

† Esula rotunda, V. Peplus, Jun.

Esurialis, le, Plaut. Esuriales feriæ dicuntur à Plauto in Cap. quibus ab edendo feriamur. *Whereon men forbeare meat.*

† Esuribo, pro esuriam, Non.

Esuribundus, a, um. Col. *Very hungry or desirous to eate.*

Esuriens, tis, p. πεινάων.

Esurienter, adv. πεινητικῶς. *Hungrily.* Ap.

Esuries, ei, f. & esurigo, ginis, f. Fest. πεῖνη. *Hunger.*

Esurio, is, ivi, itum, īre, ab edo, ἐσθίω, ἐλλιμιάω. *To hunger, to be an hungred, to eat, to eat greedily.* esurior, pass. Ovid.

Esurio, ōnis, m. Plaut. φορτικὸς ἔσθων. *An hungry fellow.*

Esuritio, ōnis, fœ. Cato. πεῖνη. *Hunger.*

Esuritor, oris, m. *One that is often hungry.*

Esuritrix, icis, f. Plaut. *She that is often hungry.*

Esuriturus, a, um, part. *That shall have hunger.*

Esus, us, m. ab edo, es, Plaut. ἔδεσμα, βρῶσις. *An eating.*

E *ante* T.

ET. In notis antiq. etiam, ET. NC. & nunc.

Et, conjunctio, ex τὶ Cal. ex ἦ Can. ve. o, etiam, i. atque & etiam, Et interdum ponitur pro adverb. orandi, Item pro quamvis sive tamen. Interdum pro quod. *And, as well, also both, and also.*

Etenim, ἦ γάρ, nam, enim, quia, & ferè primum sibi locum in oratione vendicat, nonnunquam divisa compositione per duas dictiones effertur vocula aliqua in medio interjecta, Cic. & dicere enim benè nemo potest, i. etenim dicere, aliq. pro quippe accipitur. *For, because that, surely, semblably, and also.*

Etenim vero, ἐμέλει, P. *For, truly.*

† Etesiaca vitis. *A kind of vine,* P. vel uva quæ etesiis variat, Pl. 14. 3.

Etesiæ, arum, m. gr. ἐτησίαι. Stra. ab ἔτος annus, qd. singulis annis eodem tempore redeant. *Winds blowing out of the East yeerly, at one time.*

Etesius & etesinus, a, um. *Belonging to the Eastern winds, also eastenly.*

† Etesticulatio, f. Cels. *A gelding.*

† Etesticulo, as. *To geld, to take away the stones.*

† Etexo, Pac. *To unwine or unwist*

Ethale. *The smoak of frankincense.*

† Ethanion, ἠθάνιον. *A certaine vessell of brasse used among the Ægyptians.*

Ethera solarium, Eze. 41. 16. 42. 3. אתיק aethik, אתיקים aethiki

† Ethesius. *A morter stone,* Plin. 36. 28.

Ethica, orum, Arist. τὰ ἠθικά. *Books of morall Philosophy.*

Ethice, es, gr. vel ethica, æ, gr. ἠθική ab ἦθος mos. *Morall philosophy.*

Ethicus, a, um. ἠθικός. *Morall, belonging to maners.*

† Ethion, ōnis. *Delectable.*

† Ethmoides, scil. os ἠθμοειδὲς ὀστοῦν coliforme, cribriforme, ἠθμός, Col. εἶδος forma, M. *The nostrils.*

† Ethmus, mi, Gr. ἠθμός. *The middle gristle, or bridge of the nose.*

† Ethmyodes platisma, i. latus ille musculus qui cuti submascens gnaron, i. buccâ sive axillâ movet.

† Ethnarches, Gr. ἐθνάρχης, ab ἔθνος gens, & ἀρχὴ *A Ruler of people.*

† Ethnarchia, gr. ἐθναρχία. *Principality.*

† Ethnicus, a, um. Hier. gr. ἐθνικός, gentilis, ab ἔθνος gens. *A Gentile, Ethnicke, or Heathen.*

† Ethologia, æ, f. Græc. Quintil. ἠθολογία. *The feate of counterfeiting mens manners.*

† Ethologus, gi, m. ἠθολόγος, qui τὰ ἤθη λέγει. *He that expresseth other mens manners by voice or gesture, also a kinde of figure.*

† Ethopœi, dict. histriones qui mores imitantur ejus personæ quam sustinent.

† Ethopœia. *A representation of manners.* & ethopœius, idem quod ethologia, & ethologus, Aquil. ethos mos.

† Ethonus, ni, m. officiperda. *A jack out of office.*

Etiam, conjunctio ab & jam, heb. גם gam. ἔτι, ναί. *Also, moreover, yea, further, yet, even.* etiam atque etiam *againe and againe,* etiam dum Ter. *yet, till this time,* etiamnè, id est, ergo: etiam-nunc, *yet,* etiamnum, Plaut. *until then,* etiamsi, *although,* etiam tum, pro usque tum, vel usque ad illud tempus, etiam pro nonne vel non, nondumne, statim, adhuc, sic, quin potius; non solum adhuc, nondum adhuc.

Etrudo, is, si, Str. ex è & trudo. *To thrust out.*

Etsi, conjunct. κἂν, καίπερ, ἐκεῖ. *Although, albeit, suppose.*

Etymologia, æ, f. gr. ἐτυμολογία quod originem vocabulorum comprehendit: rectè Cicero interpretatus est veriloquium. Fab. originationem reddit; dicitur & notatio, quòd rem de qua prædicatur

notam

notam facit, ab ἐτὸς τὸ ἐτεάζειν fit ἐτὸς, unde ἔτυμος, ut ab ἐλεγμὸς, ἔλυμος, & λέγω λόγος, ratio ἔτυμον, itaque ita est verum, ut cum τοῦ εἶναι rei consonet. v. Fung. in hoc argumento etymologico: alias afferuntur veræ causæ, eæque ita planæ ut dissensioni non sit locus: alias tantum verisimiles quarum probabilis ratio reddi possit: alias non veræ neque verisimiles origines, sed notæ quædam veris adsimiles, proposita voce quæ soni aut significationis nonnullâ habet convenientiâ, quæ hujus postremi generis sunt vocari solent allusiones. Hujusmodi verò etyma, quæ certo modo falsa dicuntur, aliquando ad vocis naturâ applicandam, & memoriam adjuvandam, vel ad delectationem afferendam etiam ab optimis auctoribus assumuntur. M. Casaub. exercit. 15. ad ann. Baron. cap. 11. *A true saying, a true exposition or reason.*

Etymologicus, a, um, Gel. *That pertaineth to, &c.*

† Etymologizo, as, Bud. *To shew the derivation of a word.*

Etymologus, masc. ἐτυμολόγος, qui ἔτυμον verum λέγει dicit. *Hee that searcheth the true interpretation of words.*

Etymon, n. g. Gr. ἔτυμον verum, est enim per se adjectivum quod est ab ἐτὸς ἐτὲς ex εἰμὶ, sicut τὸ ὄν ens & verum significat. ὄντως vere. Hesyc. ἐτὲ ἢ ἐτεῖ exponit ἀληθῶς, ἀγαθῶς, absolute etymon est vera origo vocabuli, ratio vera cur impositum sit rei. Unde intelligitur vere nomen de re quæ subest dici. idem quod etymolog.

E *ante* V.

EV. in notis antiq. ejus.

Eu, interj. laudant. T. ab εὖ bene, v. heu.

Evacuatio, ōnis, fœmin. gen. verb. Pl. ἐκκένωσις. *An emptying or voiding.*

Ēvăcuatus, a, um, part. Per. *Emptied.*

† Ēvăcuefactus, a, um, Hier. *Emptied, made cleare.*

Ēvăcuo, as, ἀποκενόω, ἐξαλαπάζω. *To empty, to make void.*

Evadatus, a, um, Dig. *He that goeth under suretie.*

Evadesco, is, ere, Pla. *To grow lesse in estimation.*

Ēvādo, is, si, sum, ere, ἐκπεύγω, διαδύω. *To escape, to passe without danger, to appeare, to come to, to clime or get up, evadere vitam, to die, to come to an end.* Ap.

† Evagabundus, a, um. Aug. *That wandreth about.*

Evagatio, ōnis, fœm. gen. Plin. παρέκβασις. *A wandring.*

Ēvăgo, as, freq. Poet. *To wander about.*

Evagor, aris, dep. περιτρέχομαι, διαπλανάομαι. *To wander, to spread abroad, to wander from his purpose.*

Evaginatio, ōnis, f. Ter. *A drawing out of the sheath, an unsheathing.*

Ēvăgino, as, Just. *To draw out of a sheath or scabbard.*

† Evagio, is, ivi, Arn. *To cry as a little childe.*

Ēvăleo, es, ui, ere, Ov. ὑπισχύω, δυνάμιν ἔχω. *To be of power.*

Evalesco, is, ŭi, ere, κραταιῶμαι. *To wax very strong.*

Evallatio, onis, f. Veg. *A casting out of the trench or dooves.*

† Evallefacere, Var. ejicere.

† Ēvallo, as, excludo, & quasi extra vallum ejicio, ἐκβάλλω. *To cast off, to put out of doores.*

Ēvallo, is, ĕre. *To van or make corn clean.*

† Ēvalvo, as, idem quod evallo, ἐκποδίζω, à valvis rejicio, excludo. *To drive or cast out, to put forth of doores.*

Evaneo, v. evanesco.

Evanesco, is, ui, ere, διαπίζομαι, διαπίπτω, admodum vanesco, vanus fio, inanis pereo sicut fumus quum dissipatur. *To vanish away, to perish.*

Evanescens, p.

† Evangelia, orum, n. εὐαγγέλια. *Procession or rejoycing for good tidings*

Evangelicus, a, um. εὐαγγελικός. *Of the Gospel.*

Evangelismus, εὐαγγελισμὸς, læta annunciatio. *Also a feast day in memory of the Annunciation.*

Evangelista, æ, m. Chrys. εὐαγγελιστὴς. *An Evangelist.*

Evangelium, ii, n. Gr. Jun. εὐαγγέλιον, ab εὖ & ἀγγέλλω, id est, bene & fœlicitèr nuncio, κατὰ ἐξοχὴν vocatur Evangelium doctrina & verbum Domini, v. Fung. *The Gospel, also a reward given to him that brought good tidings.*

† Evangelizo, as, Aug. εὐαγγελίζω. *To preach the Gospel.*

Evangelus, lim. Vit. εὐάγγελος. *He that bringeth good tidings.*

Evanidus, a, um, Col. ab e & vanus, quod facilè evanescit, ἀμενηνὸς, ἐξίτηλος. *Vaine, decaying, unfruitfull, fraile.*

Evanno, as, Var. ἐκλικμάω. *To van or make cleane, to try out.* vanni motu eventilo: evannatur, i. ventilatur.

† Evans, tis, partic. *Raging, furious.* Ap.

† Evapelus, li, m. Mor. *A foole or ideot.*

Evaporatio, fœm. Sen. ἐξάτμισις, ἐξατμισμὸς. *A breathing or streaming out.*

Evaporo, Cels. ἀτμίζω. *To streame out.*

Evasio, ōnis, fœmin. gener. ab evado, Scalig. ἔκφευξις. *An evasion.*

Evastatio, ōnis, fœm. Plin. *A wasting.*

Ēvastator, ōris. Aug. *A waster or consumer.*

Evasto, as, Liv. ἐξερημόω. *To waste, spoile, or destroy.*

Evax, interject. exult. Plaut. Gr. εὐοῖ, εὐοῖ, εὐάζω, evan clamo, εὐοῖ vox exultantis. *A voyce of joy, as heids.* Ma. εὐοάζω, evan clamo, ovo inde evo & evans, Mart. ex Heb. חוה chavah, vive.

† Eubolus, Gr. εὔβολος, fœlix in jactu, i. tesseræ.

† Eucæria, æ, fœm gen. Græc. εὐκαιρία, ab εὐκαιρος, tempestivus, Latin. opportunitas. *Opportunity or fit time to doe a thing.* Cicero.

† Euce, Gloss. *The lowing or voyce of Kine.*

† Eucharis, adj. Gr. εὐχαρὴς gratiosus, ex εὖ & χάρις gratia. *Gracious or full of grace.*

Eucharistia, æ, f. Gr. εὐχαριστία, Latinè possumus gratiarum actionem vertere. *A thanksgiving, the Sacrament of the Lords Supper, the Eucharist.*

† Eucharisto, as. *To give thanks, as at the Lords Supper.*

Eucharisticus, a, um, adjectivum. *Pertaining to thanksgiving or the Eucharist.*

† Euchrestemata, Gr. *Profits.*

† Euchyla, εὐχυλα, vel euchyma, orum, n. Gr. *Meats of good juice,* χύλος succus, euchyma, εὐχυμα. quæ boni sunt succi.

† Euchteria, erum. Alc. *Encteria. Places wherein the registers or books of Records were kept* ab εὐχὴ oratio.

† Eucrasia. *A right temperature of the body, and humors and qualities.*

† Euchymia, est succorum in corpore bonitas, unde euchymon nutrimentum est boni succi.

† Eudæmon, Gr. εὐδαίμων, fœlix.

† Eudæmonia, Gr. εὐδαιμονία, fœlicitas.

† Eudiæum ii, n. g. ab εὖ & διάω, humecto, lineum filum quod medici in extremo Clystero relinq. per quod clysmos emittitur. *A thread tyed to a glister pipe, also a hole in a ship,* propter imbres.

† Eudoxia, æ, fœm. gener. Gr. εὐδοξία Cic. δόξα gloria. *Good name or fame.*

† Euectia, medicinæ pars, quam alii gymnasticam voc. est quæ optimum habitum corpori inducere studet, &c.

Evectio, ōnis, fœm. verb. & evectus, us, m. Plin. ἐξαγωγή. *A carrying forth.*

† Evectiones, Jun. *Licenses to use the common horses.*

Evector, m. Sen. *He that advanceth or lifteth up.*

Evectus, a, fœm. Tert. *She that lifteth up.*

Evectus, a, um. p. ἐπαρθεὶς. *Carried out, advanced, extolled.*

Evĕho, is, xi, ctum, ĕre. Ov. ἐξάγω, ἐπαίρω. *To carry out, to advance, to lift, to extoll.*

† Evelatum, Fest. *Winnowed.* pro eventilato.

Evello, is, sum, ĕre. extraho, eradico, ἀποτίλλω, ἐκσπάω. *To pluck up or out, to pull away, to abolish.*

† Evenat pro evenerat, Non.

Evenio, is, ni, ntum, īre. κατὰ σύμπτωσιν, συμβαίνω, aliquando evado, contingo, obvenio. *To come to passe, to happen by chance; also to come out.*

Evenit, imp. Tert. γίνεται. *It happeneth.*

Eventilatio, f. Aug. *A winnowing or fanning.*

Eventilator, m. Arn. *A sifter of a matter.*

Eventilatus, a, um. Col. *Winnowed.*

Eventilo, as, Plin. λικμάω. *To winnow or blow winde.*

Eventum, ti. κατόρθωμα, τὸ συμβεβηκὸς. *That followeth of the end, that happeneth.*

Eventus, us, m. κατόρθωσις, τύχη, σύμπτωμα. *Chance, successe, and issue, event, hap.*

Everbero, as, τύπτω. *To beate or clap up.*

† Everganeus, a, um. trabes everganeæ id est, affabre factæ compactiles, δόκοι ἐυαρμοι, Vitr. 5. 1.

Evergo, is, ere. Liv. ἀφορίζω. *To cast out, to make to issue forth.*

† Everræ, ab extra verrendo. *A kind of purging an house out of which a dead body was carried.*

† Everrator, vel everriator ab everræ, qui facit averres, id est, munditias circa mortuos. Everriator vocatur is, qui accepta jure hæreditate, justa facere defuncto debet, quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. id nomen dictum à verrendo, nam everræ sunt purgatio quædam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito, ab extraverrendo dictæ, Fest. *Also an executor or administrator.*

Everriculum, li, n. σαγήνη, à verrendo aqua sic app. Non. everriculum genus est retis piscatorii, à verrendo dict. vel quod trahatur, vel quòd si quid fuerit piscium nactum everrat. *A fishing net, a drag; also an extortioner that sweepeth all away.*

Everro, ris, ri, sum, ĕre. ἐκσαίρω, καθαίνω, scopis expurgo, item spolio, expilo, item excutio. *To sweep cleane; also to examine curiously.*

Eversio, ōnis, fœm. verb. ἀνατροπὴ, κατασκαφὴ. *A ruine or overthrowing.*

† Eversо, as, Gloss. *To overthrow often.*

Eversor, m. ἀνατροπεὺς, eversor pro prodigo & dissoluto. *An overthrower or Destroyer, a Spendthrift.*

Eversus, a, um, p. ab everto, Gr. ἐκκορισθεὶς. *Brushed or made cleane.*

Eversus, a, um. ab everro, ἀνατροπὴ. *Overthrowne.*

Everto, is, ti, sum, ĕre. καθαιρέω, ἀνατρέφω. *To turne upside downe, to overthrow, to raze or spoile.*

Evestigatio, f. Aug. *A finding or seeking out.*

Evestigatus, a, um. Senec. *Sought after.*

Evestigiò. adv. παραχρῆμα, αὐτίκα. *By and by, at an instant.*

† Evestigo, as, Arn. *To seeke, to follow, to hunt after.*

† Eveto, as, Val. *To forbid, to forewarne.*

† Evexia est bona corporis habitudo.

† Euforbia, æ, f. Gloss. *A kinde of hearb,* vide euphorbia.

† Eufortunium, ii, n. Cod. *Good lucke.*

† Engalacton, Plin. 27. 9. glaux, ex εὖ bene & γάλα lac. *A kinde of hearb good to breed milk.*

Euge, interjectio, εὖγε. Plaut. ex εὖ benè & γε verò. *Heida, well done.*

† Eugenia, æ, f. εὐγενεία. *Nobleness of birth.*

† Eugeniæ, arum, uvæ quædam sunt à generositate sic dictæ, Cæl. *Excellent vines.* Eugenia uva.

† Eugepæ, ab euge & παῖ puer, interject. *Well done boy.*

† Eugium, u. pellicula in pudendo muliebri, Non. Scal. ab εὐδιεῖν, al. ab ἔυγειον fertile, clausturū virginitatis, itē nota silentii in musicis.

Euhoe, interject. Plaut. evoe. Hoe.

Evibratio ōnis, f. Sen. *A shaking, brandishing and darting.*

Evibro, as. Gel. ἐκσπάλλω. *To shake or brandish, to shoot or discharge, to drive.*

Evictio, ōnis, f. ab evincor, Dig. ἀπόλυξις. *A convincing by Law, and causing to deliver up that hee wrongfully detained.*

Evictor, m. Const. *He that convicteth by Law.*

Evictus, a, um. p. ab evincor, ὑπὸ κράτους. *Overcome, convict by law.*

Evidens, tis, adj. σαφὴς, ἐναργὴς, φανερὸς. *Cleare, apparent, easie to be understood.*

Evidenter, adv. φανερῶς, σαφῶς. *Clearly, plainly, manifestly.*

Evidentia, æ, f. ἐναργεια. *Plainenesse, evidence.*

† Evidentialis, le. *Evident.* Ac.

Evidentissimè, adv. id est, apertissimè. *Most evidently.*

Evigilandus, a, um. Tib. *To bee passed without sleep.*

Evigilatio, ōnis, f. g. Var. *Waking.*

Evĭgilatus, a, um. *Taken with good advisement.*

Evĭgilo, as. ἐγείρομαι, ἐκνήφω. *To watch, to study and take paine, to write in the night.*

Evilesco, is, ui, ere, ἐκφαυλίζομαι. *To become vile and of small estimation.*

Evincio, is, xi, ire. Virg. ἀναδέω, ἀναδέω. *To binde, to tie about.*

Evinco, is ici, ctum, ĕre. vincendo elicio, extorqueo, obtineo, νικάω. *To overcome, to obtain by earnest labour, to convict by law.*

Evinctus, a, um, p. Virgil. ἀναδεθεὶς. *Bound.*

† Evindico, vindico, Acerd.

Eviratio, ōnis, f. Sen. ἀνανδρία, ἐυνοχισμὸς. *A gelding, making effeminate, weakening, taking away or pulling away.*

Eviratus, a, um. Plaut. ἐυνοχισθεὶς. *That hath lost his genitors; also effeminate, of childish condition.*

Eviresco, is, ere. Var. ἐκθάλλω. *To become green.*

Eviro, as. ex ē & vir. Var. virilitatem exeo, ἐυνοχίζω, ἐκθηλύνω. *To geld, to effeminate or weaken.*

Evisceratio, ōnis, fœm. gen. Ter. *A bowelling or drawing out of the garbish.*

† Eviscerator, m. Tert. *The officer that draweth out the bowels of the sacrifice.*

Eviscĕratus, a, um. p. *Bowelled.*

Eviscĕro, as, viscĕribus spolio, ἐκσπλαγχνίζω. *To bowell to draw out the guts.*

Evitabĭlis, le, Ovid. εὐευκτὸς, εὐφύλακτος. *That may be shunned or avoided.*

Evitatio, ōnis, fœm. *An eschewing.* Quint.

† Evitator, ōris, m. g. *An avoider.*

Evitatus, a, um, ab evitor. *Shunned.*

Evito, as. ex ē & vito, ἐυλαβέομαι, φυλάττομαι, valdè vito, effugio, ex vito, sed veteribus quoque erat ē vita tollo. *To shun, to flie or eschew.*

Evito, as. ex ē & vita, Poet. apud

pud Cic. ζωὴν ἀφαιρῶ. *To take away life.*

† Eulabes, m. Græc. εὐλαβὴς. *He that taketh upon him the charge of businesse.*

† Eulalia, æ, f. Eras. *An honest woman of her tongue.*

† Eulogia, æ, f. Græc. εὐλογία, à λόγος sermo, i. onestus sermo, benedictio, ponitur aliq. pro Eucharistia, sacro epulo, item frusta panis benedicti ita vocab. *A thing well spoken, praise and benediction, a good and profitable reason,* Cic.

† Eulogicus, id est, benè dictus.

† Eulogium, vide elogium.

† Eumeces, Pl. εὐμήκης, ita dict. qd. cæteris sit procerius. *A kinde of Balme; also a precious stone.*

† Eumenides, Græc. εὐμενίδες, ab εὐμενὴς benevolus, per antiphrasin, qu. minimè benevolæ, Cal. *Furies of hell.*

† Eumetris. *A certaine precious stone.* Plin. 37. 10.

† Eunomia, æ, f. Græc. εὐνομία, bonarum legum constitutio. *A just constitution of lawes.*

† Eunuchia æ, id est, facies.

† Eunuchiæ, arum. plur. id est, deliciæ.

† Eunuchion, n. g. *A kind of broad Lettise,* dict. quod Veneri resistat.

† Eunuchias, εὐνοῦχος, est sicyopepon, item natura effeminatus.

Eunuchinus, a, um. *Of an eunuch.*

† Eunuchinatus, a, um, Tert. *Gelded, or an eunuch.*

Eunucho, & eunuchizo, & eunuchido, as, Var. *To geld men.* ab εὐνὴ cubile, & ἔχω custodio.

Eunuchus, εὐνοῦχος, dict. ὅτι τὴν εὐνὴν ἔχειν, quod asservet cubile: al. ὅτι τὴν τοῦ γένους ἔχειν quòd benè affectam habeat mentem, Eustat. ab εὖνις ἐχέτας, εὖνις est privatus, orbatus, hinc εὐνὶς est viduus, vidua; ἐχέτα autem συνουσίαν significat, Epiphan. lib. 1. ἐυνοεῖν, quod benevoli esse & fidem servare maritis didicerint, vide Mart. *An eunuch, a gelded man.*

Evocati, orum, M. Sueton. ἐπίλεκτοι. *Souldiers suddenly called out to battell.*

Evocatio, ōnis, f. g. verbal, ἀνάκλησις. Evocatio proprie est actio evocantis & passio evocati, ἔκκλησις Grammatica evocatio est figura quando verbo primæ vel secundæ personæ nominativus tertiæ præponitur, qui illas ad suam improprietatem trahit & quasi evocat. Vide Scal. L. L. c. 178. *A calling forth or upon, a mustering.*

Evocator, ōris, m. *He that calleth or alloureth forth.*

Evocatus, a, um, part. *Called out, commanded to appeare.*

Evŏco, as, ex ē & voco, ἐκκαλέω, παρακαλέω. *To call out or away, to allure, to summon, to call upon for help, to withdraw,* item everto.

Evohe, idem quod euho sive evoe, Virg. *A noise that Bacchus his priests did use.*

Evolaticus, a, um. Plaut. *That flyeth and gadderh abroad.*

Evolatio, f. Firm. *A flying away.*

Evolator, m. Boet. *He that flieth or runneth away.*

Evolito, as. Col. *To flye often.*

Evŏlo, as. ex ē & volo, ἀφίπταμαι. *To flie out or away, to escape, to passe away quickly, to depart.*

Evŏlo, as. ex & ē vola, æ, quasi in volam recipere, Plaut. ἁρπάζω. *To steale or take away by stealth.*

Evolvo, is, utum, ere. κυλίω, ἐξελίττω. *To roll or tumble out of place, to unfold, to declare, to cast in ones minde, to read or turn over, to study diligently, to separate,* evolvor, p.

Evolutio, ōnis, f. verb. ἐξέλιξις. *A rolling or tumbling out, a reading over.*

Evolutor, m. Tac. *That rolleth or tumbleth over.*

Evŏlūtus, a, um, p. Liv. ἀνελιγμένος. *Unfolded, unrolled, turned out, separated.*

Evŏmo, is, ui, ĭtum, ĕre ἐκπέμπω, κενολυζῶ. *To vomit or cast out, to utter or speak maliciously.*

† Euonymus, εὐώνυμος, ex ἐυ benè & ὄνομα nomen, qui boni nominis est, item est sinister per antiphr. Ju. *The Spine tree, or Prick timber; also the name of a tree.*

† Euoxon, vinculum dict. quod benè gestat & continet, Hip.

† Eupathia, patiendi prompt. A. Eupatoria, æ, f. vel eupatorium, ii, n. Græc. εὐπατόριον, dict. ab Eupatore rege ejus inventore, Pl. 25. 6. *The herbe Agrimony,* alii quasi ἀκατάρειον, quòd hepati medeatur.

† Eupetalos, Gr. Pl. 37. 10. id. qd. eupetales. *A precious stone of a fiery color, a* ἀσπάλαθον *folium, lauri genus.*

† Euphantasiotes. *A gay imaginer of things.*

† Euphemia, æ, f. εὐφημία. *Good fortune, a good name.*

† Euphemismos, εὐφημισμὸς, ex ἐυ & φημὶ dico, favorabilis locutio. euphemismus dicitur, quum vox vel oratio odiosa quæ offendere possit, mutatur in eam quæ non offendat: breviter, bona dictionis mutatio.

† Euphonia, æ, f. g. Græc. εὐφωνία, φωνὴ vox, Lat. jucunda verborũ prolatio, Quint. *A good sound.*

Euphorbia, æ, f. Græc. Plin. 25. 7. Lat. bonus pastus, cibi copia, εὖ φορέω pasco. *A certaine hearb or tree,* ab Euphorbo medico dict. Euphorbium. *The Gumme of that tree.*

† Euphorbium, idem.

Euphrasia, f. Græc. lætitia, Jun. *The hearb Eye-bright,* affert oculis lætitiam.

Euphrosyne, es, εὐφροσύνη, & Euphrotynum, ni, n. Plin. ὅτι τὰ εὐφραίνειν, quod est lætificare. *Burrage or Bugloss,* item nomen unius ex tribus Gratiis. euphrosyni, *Bugloss or Burrage* dict. *because drunke in wine it cheareth the heart.*

† Euphyia, bona habitudo, Gal.

† Eupilides. *A swelling in the Gummes.*

Eupnoia, Græc. εὔπνοια, proba spiratio.

† Euprepia, f. Græc. εὐπρέπεια. *Comelinesse.*

† Eureos. *A precious stone,* Plin. 30. 10.

† Eurepi, Plin. *conduit pipes that turne round; also trenches compassing in a place.* ex freto Euripo dict.

Eurinus & euritius, a, um, adjectivum. *Of or belonging to the Eastern winde.*

† Euripidus & euripides, numerus est in talis quadraginarius ab Euripide invent. Cæl. Rho. 20. 27.

† Euripus, pi. Græc. ex εὐρὺς & ripa. *An arme of the Sea often ebbing and flowing; also channels or ditches.*

Euroaquilo, ōnis, m. ventus, Act. 27. 14. ventus typhonius, Græc. εὐρυκλύδων. *A turbulent tempestuous winde, the North-East winde.*

Euroauster, tri, m. Col. *The South-East winde.*

† Euroclydon, κλύζω, eluo, ventus eurus tempestuosus.

Eurōtinotus, Græc. Agel. *A South-East winde.*

† Eurotias, Plin. 37. 10. εὐρωτίας, à Græc. ἐρυθρὸν, quod est situm trahere, Cal. *A precious stone.*

Eurus, ti, m, εὖρος, ὅτι τὸν ἥλιον φέω, quòd ab oriente fluat. *The East-winde, South-East winde.*

Eurythmia, æ, fœ. Græc. εὐρυθμία, rithmus. *In the proportion of height and breadth.* Eurythmia decens corporis motus, Quint. 1. 30.

† Eurythmus pulsus. i. naturalis & conveniens pulsus.

† Eusarcus, id est, benè carnosus, εὐσαρκος. *Fleshly,* quadratus.

† Euscheme, Plaut. m. lit. a. 2. sc. 2. euge, euge, euscheme, mehercule, astitit, εὐσχήμως, ab εὖ & σχῆμα, forma. *Handsomely.*

† Eusebes. *A certain precious stone*

† Eusebia, f. Græc. εὐσέβεια. *Piety, religion, godlinesse.*

† Eusema, crisis, quæ cum bonis signis à sua indicatoria die fuit indicata, vide Stup.

† Eustomachus, cibus est gratus stomacho, ventremque roborans.

Eusy-
bolos,

† Eusymbolus, εὐσύμβολος, id est, bonum omen. *Good luck.*

† Eutaxia, Græc. εὐταξία. *Order, placing, disposing.*

† Euthale, es, f. lauri genus. *A kinde of Laurell.*

Euthera. *A Store house.*

† Euthymia, æ, Græc. εὐθυμία, tranquillitas animi, θυμὸς animus. *Security, quietnesse, hearts ease, readinesse of minde.*

†Euthyoria, rectæ lineæ porrectio & mensura, non per diverticula itinerum, sed in directum acta.

Euthyporos, id est, in rectum procedens, alterum ex instrumentis & organis est, quæ fractis & luxatis cruribus supponuntur.

Eutrapelia, æ, f. Gr. Ari. in Rhet. intespret. πεπαιδευμένη ἕξις, hoc est, eruditum convicium, εὐτραπελία, εὐτράπελος dict. quod sua verba possit ἐυ τρέπειν, id est, scitè vertere, ad ea quæ occurrunt, festivitas, urbanitas, lepor, al. scurrilitas

Eutrapelus dicitur, quod verba sua possit ἐυ τρέπειν scitè vertere; & ad ea quæ occurrunt accommodare.

† Eutrophia, id est, bona & uberior nutritio.

Evulgātio, fœ. Tac. *A noising abroad.*

Evulgator, ōris, m. Luc. *A publisher.*

Evulgatus, a, um. Val. *Published.*

Evulgo, as, Liv. ἐξαγορεύω. *To publish or spread abroad.*

Evulsio, ōnis, f. verb. ab avello, ἀποσπασμὸς, ἁφαίρεσις. *A plucking or picking up.*

Evulsus, a, um. p. *Pulled or plucked out; also drawn out.*

† Euzomos, sive euzomon, Gr. Pl. εὔζωμος, ita dict. quod juris suo porem commendat, ζώμιον, Gr. jus, appellant. *The beard Rocket.*

E *ante* X.

EX in notis antiq. ejus vel exigitur, E X. B. ejus bona. E X C. ex consuetudine, concione, vel condictione, &c.

Ex, ἐξ, ἐκ, præpos. serv. ablat. ex notat itionē alicunde, itaque refero ad ἐκ unde Latinum eo. signif. item materiam, ex vertitur in f. ut efficio, effero: & sciend. quod quotiescunq; ex præpositio præponitur compositæ dictionibus à vocalibus incipientibus, vel ab his quatuor consonantibus, hoc est, c. p. t. s. integra manet, ut exaro, exco, exigo, exolco, exuro, excutio, expeto, extraho, exsequor, vide Scalig. in Theoph. de plantis & Mart. signif. locum, tempus, personam. aliq. pro cum, ex quo, pro postquam, &c. vide Cal. *Off from, by, sithence, according, in, after.*

Exacerātus, a, um. p. Liv. *Winnowed.*

Exacerbatio, f. verb. παροξυσμὸς. *A grieving or paining anew.*

Exăcerbātor, m. g. Tac. *He that grieveth or galleth.*

Exacerbatus, a, um. Suet. παροξυνόμενος. *Provoked to anger.*

Exacerbesco, valdè acerbus, id est, asper fio, Apul. *To waxe angry or sowre.*

Exacerbo, as. Liv. παροξύνω, ὀυπικραίνω. *To provoke to anger.*

Exacero, as. Liv. *To purge from chaffe.*

Exacervatim, Adv. Agel. *Heape by heape.*

Exacervatio, f. g. Liv. *An heaping up together.*

Exacervatus. *Comming thick together.*

Exacervo, as, Plin. ἐπιχωννύω. *To heape or gather together.*

Exacesco, is, ui, ĕre. & exacerbesco, is, ere, ὀξύνομαι. *To waxe sower or tart.*

† Exacinatio, f. *When the kernels of Grapes or such like fall out.*

Exacino, as. Cat. *To pull or presse out the kernels.*

† Exacon, Plin. secunda centaurii species, à Gallis appell. quod omnia mala medicamenta exigat per alvum, Plin. 25. 6. ab ἐξακόνδω mederi, vel ab ἐξαγω, educens. *A kind of Centaury.*

† Exacratio, f. Gloss. *A purging sacrifice, an expiation.*

† Exacro, as. Gloss. idem quod expio.

Exactè, adv. Dig. ἀκριβῶς. *Exactly, perfectly.*

Exactio, ōnis, f. verb. ab exigo, ἐπιπραξις, ἐξάιτησις, αἰτησις. *Pilling of the people, a levying of money, a driving out.*

Exactor, ōris, m. g. verb Cæsar. ἐπιπραχτὴρ, πρακτόρ. *A gatherer of money, a Collectour, he that expulseth.*

Exactrix, f. Dig. *She that gathereth money or expulseth.*

Exactum, ti, n. Plin. *An exact or absolute thing.*

Exactus, us, m. g. Quint. ἐξαγωγὴ. *A sale or utterance.*

Exactus, a, um, p. παραλελυθὼς, ἐξεπεσὼν. *Passed over, expelled, demanded, perfectly finished, vexed.*

Exactus, a, um. adj. ἀκριβὴς, τέλειος. *Exact, done perfectly: exactior, exactissimus.*

Exacuo, is, ui, ūtum, ĕre. ὀξύνω. *To whet or sharpen, to anger, to prick forward.*

Exăcutio, ōnis, f. verb. Plin. ὀξυτὴς. *The pointing or making sharp of a thing.*

Exăcutus, a, um, Plin. ὀξυνθεὶς. *Whetted, sharp, pointed.*

Exadversō, exadversum, exadversus, adv. ἀντικρὺ, ἐξ ἐναντίας, ex adverso, Plin. 27. 10. pro eo quod est per antiphrasin, ex contrario. *Opposite or right against.*

Exædificātio, ōnis, verb. ἀνοικοδόμησις. *A building up.*

Exædificator, m. Firm. *He that buildeth or perfecteth.*

Exædificātus, a, um, p. *Built.*

Exædifico, as. ἐξοικοδομέω. *To build up an house, to finish; also to continue in a thing.*

Exæquabilis, le, Vitr. *Which may be made smooth.*

Exæquamentum, ti, neut. Ter. *An equalling or evening.*

Exæquatio, ōnis, f. verb. ἐξίσωσις, ἐξομάλισις. *A making plaine.*

Exæquatus, a, um. p. Lucret. ἐξωμαλισθὶς. *Made smooth, plain, equall or inline.*

Exæquo, as, æqualem facio, ἰσόω, ἐξωμαλίζω. *To make equall, even, smooth.*

Exæstuatio, ōnis, Gel. *A boyling, a seething, a fury.*

Exæstuo, as, Virgil. ἐκχυμαίνω, ὑπερβάλλω. *To boyle and cast up waves, also to rage, to be hot or burne, to bee impatient.*

Exæstuosus, a, um. Prud. *Fervent or troublesome.*

Exævio, is, ivi, & ii, itum, ire. ab ex & ævio. Liv. ἀμειλίζω. *To waxe milde and gentle.*

† Exagella, fœm. gener. trutina, Acerd.

Exaggeratim, adv. id est, cumulatim.

Exaggeratio, ōnis, f. g. verb. σώρευσις, ἐπίθεσις. *An heaping together, an amplifying; also a building of a bulwarke.*

Exaggerator, m. Dig. *He that heapeth up together.*

Exaggeratus, a, um. p. *Heaped up.*

Exaggero, as. σωρεύω, ἐπιχωννύω. *To heap up together, to encrease, to aggravate, to amplifie.*

Exăgitatio, fœm. g. Tac. *A stirring.*

Exagitator, ōris, m. ὀξυντὴς, ἰλατὴρ. *One that disquieteth or speaketh evill of a man.*

Exagitatus, a, um, p. διεταράμενος. *Moved, vexed, debated, stormented.*

Exăgito, as, valdè agito, διαπαλαίω, διατρέπω. *To trouble, chide, to discusse, to disquiet, to stirre up, to move.*

† Exagium, ii, n. est nomen ponderis, & est idem quod aureus, exagium ponderis genus quod constabat

bat ſiliquis 24. Gloſſ. ἐξάγιον penſatio, ἐξαγιάζω examino, perpendo. *A piece of gold, a noble, a crowne, a kinde of weight.*

Exagoga, æ, fœm. Gr. ἐξαγωγὴ. Plaut. eductio, ab ἐξάγω, educo, exportatio, proventus, evectio. *Rent, revenew, alſo carrying out, or removing out of one houſe into another.*

Exagogicus, a, um, part. ab exagoge.

† Exagonius, a, um, ἐξαγώνιος, ad certamen non pertinens, ab ex & ἀγὼν certamen.

Exalbeſco, is, Cic. ἐκλευκαίνομαι, ἀχρώζω. *To wax pale or wan.*

Exalbidus, a, um, ὑπόλευκος. *Somwhat pale, white.*

Exalbo, as, Par. *To beautifie, to adorne.*

Exalburno, as, Plin. alburnum detrahо. *To take out the fat, juice, or ſap.* exalburnatus, a, um, p.

Exalgeo, es, m. Lucret. *To bee very cold.*

Exalgeſco, is, ui. *To waxe very cold.*

Exaltatio, f. Aug. ὕψωσις. *Praiſe, or exaltation.*

Exaltator, m. Aug. *He that praiſeth or exalteth.*

Exaltatus, a, um, p. Eraſm. ὑψωθείς. *Exalted.*

Exalto, as, Colum. μετεωρίζω, ὑψόω. *To exalt, or praiſe much.*

Exaluminatus, a, um, adj. Plin. *Cleare like Allume. Orient, bright.*

† Exambitus, a, um. *Laboured, or ſued unto, gotten by ſuit.*

Exāmen, inis, n. ἔλεγμα, σφαῖρα ab amento, id eſt, filo quo trutinæ ſtatera regitur, al. ab ex & apo (antiq. fig. *To tie, ἁπλόω*) inde cum ex exapo, exapomen, examen, ſignificat enim apum multitudinem in nodulo ex arbore dependentium, ſiſid. examen eſt filum medium, quo trutinæ ſtatera regitur, & lances æquantur, unde in lanceis amentum dicitur ῥοπὴ. Feſt. examen eſt æquamentum, & judicii inveſtigatio. ἐξέτασις, ἀνάκρισις, apum congregatio, vel locuſtarum examen. proprie lingua dicitur qua trutina regitur. Normalli æquamentum, alii libramentum, al. æquilibrium voc. Peronempè lingula quæ in auſa huc atque illuc nutat, dum lancibus æquatis reſpondeat ſummo puncto κανών, Ju. ab exeo, quia lingua illa mobilis eſt & exit. Atq; ita differentiâ ponderum indicat, ſicut æqualitatē quam recta inſiſtit: in foro Romano his verbis id indicari videtur. Examen ſtylus eſt in lance ſive ſtatera, qui eò exit quo pondus ſe vergit. Hinc pro inveſtigatione, inquiſitione & diſcretione ponitur, quia ſcil. examine inquiritur ratio ponderum. Ita librare, trutinare, ponderare, perpendere, examinare, excutere, conſiderare, explorare, id. ſæpè valent. Per-examinare eſt inquirere, & velut æquandi gratia inveſtigare, & examen, inquiſitio, & æquatio juris, Per-ab amento examen quaſi examentum. eſt enim filum quod in trutina regitur, examen pro ipſa examinatione aliq. ponitur, V. Scal. M. per Fung. *A ſwarm of Bees, a flocke: alſo the tongue, beame, or needle of a balance, alſo diligent examination.*

Examinatè, & examinatiùs, adv. *Adviſedly, conſiderately.*

Examinatio, ōnis, f. ἐξέτασις. *An examination or ſearching out.*

Examinator, m Cod. *He that examineth.*

Examinatus, a, um, part. *Examined.*

Exāmino, as, ἐξετάζω, ἀνακρίνω. *To ſearch, examine, to try by weight, alſo to ſwarme as Bees.*

Examium, ti, Liv. *An ameſſe, or robe of a Popiſh Prieſt.*

Exāmo, as, Plaut. ὑπερηλίκω. *To love greatly.*

Examurco, as, avi, amurcam eximo, Apul. *To draw out Oyle cleane from the mother.* Examurcor, paſſ.

Examurcor, aris, (dicitur quando ſublata amurca defecatum fit) Apul. ἀπαμοργόω. *To take away the lees of oyle.*

Examuſſatim, adverb. *Diligently.*

Examuſſim, adv. ἀκριβῶς, ὀπτικῶν regulariter, amuſſis n. regula fabrorū eſt, vel ut al. volunt ferramentum quo in poliendo utuntur Feſt. Pl. *Exactly, juſtly, by rule.*

† Exanaſtomoſis oſculorum apertio, V. Stup.

† Exanclo, Feſt. V. exantlo.

† Exancoro, as, Nicen. *To hoiſe anker.*

† Exangelus, ἐξάγγελος, qui ea quæ intus fiùt extimis prodit, index

Exanguis, gue, ab ex & ſanguis, ἔξαιμος, ἀναίμων. *Without blood, dead, fearfull, pale.*

Exangulus, a, um, adject. Vitruv. *Without corners.*

Sălax, ācis, adj. à salio. alii, à sale, quòd ex humore falsò citatur libido. ἀφροδισιαστικὸς, λάγνος. *That is much bent to lechery, also hot in lust, wanton.*

† Saldini. Parac. idem quod salamandri. T.

Sălēbra, æ, f. g. & salebræ, arum, (quòd vix sine saltu præterire possis) ῥοῦμμα, ῥώγμα. *Uneven places*

places going up and down, so that one cannot easily passe; also a rough and troublous speaking.

† Salebratim, adv. Sid. *Roughly, by rough places.*

† Salēbritas, ātis, f. Apul. *Unevennesse, roughnesse.*

Salēbrosus, a, um: Vri. τραχὺς, καταῤῥωγὰς. *Rough, cumbersome, uneven, also unpleasant, hard to understand.*

† Salem, heb. שָׁלֵם, shalom. *Peace or concord.*

† Salgama, ōrum, n. g. à sale, Col. *Things preserved to serve ones turn at need, as pears, figs, &c.*

† Salgamārius, ii, m. *A preserver of things, or a seller of them.*

† Salgamum, mi, n. Pap. *A quilt made of leather.*

† Sali, forte à saliendo, Pl. *Birds called Heathcocks.*

† Salialium, v. Salarium.

† Saliāris, re, adj. ad Salios pertinens. Martis sacerdotes. 2. magnificus, lautus. *Bountiful, magnificent.*

† Saliārus, us, masc. Jur. Cap. *The sacerdotall dignity of the Priest.*

† Salicastrum, tri, n. g. Plin. genus labruscæ in salictis nascens (ex salix.) *A kind of wilde vine running upon willow trees.*

† Salacon, Σαλάκων, qui simulat se divitem esse cum sit pauper.

Sălĭcētum, & contracte salĭctum, ti, n. g. ἰτέων. *A place planted with willows.*

† Salicornia, æ, fœm. *A kind of herb called Sea grape.*

† Salictaria, Lysimachium, vel λυσίμαχον, Jun.

† Salictārius lupus. *A kinde of hops.* Plin.

† Salictārius, ii, m. apud Cat. c. 11. est qui salictum curat, & ex eo materiam salignam viti pedandæ, jugandæq; parat.

† Salictum, i. Salicetum.

Sălārium, merces serviendo acquisita, sal habens inter alia, per synec. stipendium militare: item merces pro labore: item victus,

Salicus, a, um: ad Salios, id est, Francos pertin. unde Salica lex quæ Francorum orientalium est propria. Rebuff. dict. ait ab initio legis, si aliqua, *A law, whereby males were onely to inherit.*

Sălĭens, tis, part. Virg. πηδῶν, ἁλλόμενος. *Leaping, dancing, springing, trembling or beating.*

Sălĭens, tis, neut. g. ex saliendo: ὁ κρουνὸς. *The cock, pipe, or Spout of a conduit or fountain, by which the water gusheth out.*

Sălĭgneus, à saligus, a, um: Virg. ἰτέινος. *Of, or belonging to willow.*

Sălillum, li, n. dim. à salinum. Plaut. *A little salt-sellar.*

Sălina, æ, f. ὁ τόπος ἐξ οὗ ἅλας κατασκευάζονται. *A salt pit, a place where salt is made.*

Sălināris, re, antiq. *Belonging to a bit or snaffle.*

† Sălinārius, idem quod salinator.

Sălinātor, ōris, m. Pap. qui facit salem. *A salt maker.*

† Salinēus, a, um, adj. Hul. *Belonging to salt.* al. leg. salinarius, a, um: idem.

† Salinōsus, id est, salibus plenus.

Sălinum, ni, n. Perf. ἁλὶς, ἁλαδόχειον. *A salt-sellar; also any vessel that a poor man useth.*

Sălinus, a, um, & saliceus, salicinus, v. saligneus.

Sălio, is, ivi, īre, ītum: Ovid. ex ἅλλομαι, σκιρτάω, πηδάω. *To skip, to leap, to dance; also to reside or leap in another:* M: ex עָלַז gnalah. vel עָלַץ gnalaz.

Sălio, is, ire, Col. *To season with salt.* v. Salio.

† Salis, le, adject. pro salubris. *Wholsome.*

† Sălisātio, ōnis, f. *A judging or divining by leaping.*

† Sălisātor, vel saliſſator, ex saliſſare, judicare ex saltu & saltatione, salisatores magi vocati sunt quia dum eis membrorum quæcurq; partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste signi prædicunt. Isid. 8. 9.

† Salispuma, æ, f. ἅλς & ἀχνὸς. Jun. vid. halisachne.

† Salisubsŭlus ludus, qu. salius subsiliens.

Sălītor, ōris, m. *He that gathereth the tribute of salt.* Qui salit, qui sale condit.

Sălītūra, æ, f. Col. ἅλισις, παράχυσις. *A powdering or salting, a seasoning with salt.*

Sălītus, a, um: Cor. Sev. ἁλισθείς. *Salted.*

Sălīva, æ. fœm. gen. Plin. (dict. quòd ferè salis saporem habet; quidam quòd per linguam saliat & ejiciatur, doct. Canis ex σιάλος) σίελον, πτύελον, σιάλος. *Spittle, also juyce, a water that droppeth out, a taste.*

Sălīvandus, a, um: Col. *To bee cured by a drench.*

† Sălivare, ea freni pars quæ saliva equi imbui solet: vide M. & Meurs.

† Sălivātia, æ, fœm. Jun. *An oyl stone or Barbers whetstone, besmeared with spittle.*

† Salivaris, idem quod Pyrethrum.

† Sălivārium, quod excipiendæ saliyæ appenditur. M.

Salivarius, a, um: Plin. *Clammy or thick like spittle.*

Sălivarius, ii, m. Var. ex saliva dict. πτυαλώδης, σιαγικὸς. *Hee that giveth a drench to horses, or other beasts.*

† Sălivatio, ōnis, f. *A spitting, or filling with spittle.*

Sălivātum, ti, neut. Col. ex saliva. *A drench given to an horse, or other sick beast:* al. leg. salviatum.

† Salīvatus, a, um, Col. *Drenched.*

Sălivatum, ex sale.

Salmentum, salsamentum, M. ex salio quasi salimentum.

Sălĭunca, vel saliuncula, æ, fœm. gen. Plin. (à salio, herba est è terra statim exiliens.) *A kind of Lavander.*

Salivarius, a, um: Plin. 9. 51. *Pertaining to spittle.*

Sălīvo, ās, salivam facio, σιάω, ἐκπτύω, πτυαλίζω. *To gather, or make spittle or clammy some; also to give a drink to horses, or other beasts.*

Sălīvōsus, a, um: Plin. πτυαλώδης. *That hath the taste of spittle.*

Sălīvum, vi, n. g. idem quod saliva, æ: v.

Sălix, ĭcis, f. Plin. (ex saliendi, i. crescendi celeritate dicta. ea enim inquit Var. celeritate crescit, ut salire videatur) ἰτέα. *A willow or sallow tree.*

† Sallena, æ, f. Parac. *A kind of saltpetre.*

Sălliendus, a, um: Col. *To be salted.*

† Sallio, īs, īvi, īre, ītum, sale condio, Sis. ἁλίζω. *To salt or powder.*

† Sallītes, pro salitus.

† Sallo, is, salli, sum, ĕre, Scal. idem quod sallio.

† Salmācia, ōrum: neut. Strab. *A preyor spoile gotten without labour.*

† Salimentum, salsatum, Isid.

Salmo, ōnis, masc. Plin. à saliendo, nam agilitate saltus etiam præruptum conscendit: Gesn. Gallicum vel Germanicum esse contendit. *A salmon.* al. à sale.

† Salnācidus, a, um: quòd salis saporem habet. *Salt, or that hath the savor of salt.*

Salnitrum, vel potius, sal & nitrum, tri, neut. Plin. ἁλόνιτρον. *Saltpetre, whereof Gunpowder is made.*

† Salpa, æ, fœm. σάλπη. *Stockfish,* M. ἀπὸ σάλλας & ἴσπιδος: quod fulgidus videatur.

† Salpetrum

† Salpectrum, tri, Cor. ἁλόηζον. *Salpetre.*

† Salpicta, σάλπικτὴς qui σάλπιζει, al. salpincta tubicinem signi. *A trumpeter.*

† Salpiga, v. salpinga.

† Salpinx, σάλπιγξ. Pel. *A trumpet.*

† Salpista, æ, σάλπιστὴς. *A trumpeter.*

† Salpizo, as, σάλπίζω. *To sound a trumpet.*

Salsāmentārius, a, um: Plin. παραχαυπικός. *Of, or belonging to salt or salt fish.*

Salsamentārius, ii, masculi. gen. παραχαυπώλης, παραχίμπορος. *He that selleth salt fish, a Fishmonger.*

Salsāmentum, ti, neut. παράχος. *All manner of salted flesh or fish.*

Salsè, adverb. ἁλμυρῶς, χαριέντως, σκωπτικῶς. *Pleasantly, wittily, wisely.*

Salsēdo, ĭnis, fœmin. ipse salis sapor, ἅλμη, ἁλμυρότης. *Saltnesse.*

† Salsicia, æ, fœmin. intestinum salsum. *A sausage or a pudding.*

† Salsicōpōles, ex πωλέω, salicia, idem.

† Salsicortex, *A tree that beareth mast.*

† Salsigo, ĭnis, f. ἅλμυρις. *A salt liquor or pickle.*

† Salsilago, ĭnis, f. idem.

† Salsipontes, Neptuni epitheton, prout mari dominatur.

† Salsĭtia, æ, fœmin. MS. *Saltnesse.*

† Salsitūdo, ĭnis, f. idem.

Salsūgia, æ, f. g. *Pickle or brine,* Plaut.

Salsūgĭnōsus, a, um. *Full of saltnesse.*

Salsūgo, ĭnis, fœmin. MS. ἅλμη. *A kinde of herbe: also a salt humor.*

Salsūra, æ, fœm. Col. παρίχυσμα. *A salting or seasoning:* salsamentum.

Salsus, a, um: & ior, ius, comp. Plin. ex sale: ἁλμυρὸς, ἁλικὸς. *That is salt, also merry, witty, wise, sharp, or spoken with a grace,* χαρίεις, ἀστεῖος.

Saltābundus, a, um. *Full of leaping and dancing.*

Saltārius, v. saltuarius.

Saltātio, ōnis, fœmin. χορεία, ὄρχησις, ἅλμα. *A dancing or leaping.*

Saltatiuncŭla, f. Vop. *A little dance.*

Saltātor, ōris, m. ὀρχηστὴς. *A dancer or skipper.*

Saltātorīè, adverb. *In dancing manner.*

Saltātōrius, a, um, ὀρχηστικὸς, *Of, or belonging to dancing.*

Saltatricula, læ, f. g. *A little dancing wench.*

Saltatrix, īcis, f. verb. ὀρχηστικὸς. *A woman dancer.*

Saltatūra, æ, f. g. Plaut. *A dancing.*

Saltātus, us, m. Ovid. *Leaping, skipping, dancing:* Liv. ὄρχησις, πήδημα. *A jumping, a dancing.*

Saltem, conjunct. (vel saltim passim à salto, Gel. 12. 14. quidam ex salutem per contractionem, al. per defectionem deducunt, quasi si alter non potest) ἀλλάγε, γοῦν, τοὐλάχιστον. *At least, or the least way.*

† Salti, pro saltus.

† Saltica, æ, fœmin. *A kinde of pepper,* ex salo oppido dict. MS.

† Saltĭcus, a, um: saltare solens, πηδητικός. *Dancing.*

Saltim, apud antiquos sive saltuatim, πηδητικῶς. *From leap to leap, by leaps, hastily.*

Saltĭto, as, freq. Macr. *To leap or dance often.*

Salto, as, ὀρχέομαι. *To skippe, dance: also to intermingle with dancing.*

Saltŭārius, a, um: adject. idem.

Saltŭārius, ii, masculin. Pomp. δρυμοφύλαξ, ὑλαῖος. *A Forrester, a Woodward, a Ranger, a Keeper of a Forrest, Park or Wood.*

Saltŭātim, adverb. πηδητικῶς, ὀρχηστικῶς. *By leaps or skips, scatteringly, leaping from one matter to another.*

Saltŭm, adv. idem.

Saltŭōsus, a, um. Liv. δρυμώδης, ὑλώδης. *Full of woods or forrests.*

Saltŭra, æ, f. Plaut. ὀρχηθμὸς. *a leaping.*

Saltus, us, masc. g. & salti, masc. gen. Non. (in quo feræ saliant, à saltum, Isid. ἅλσος ab ἅλλομαι. salio, aliter saltus sunt vasta & sylvestria loca, ubi arbores exiliunt in altum.) ἅλσος, δρυμὸς, ὕλη. *a Forrest, a thick or wide wood; also a shaking or shivering of some member of the body; a leaping:* palpitatio.

Salvatella, æ, f. g. *a certaine veine of the body; a part of the* axillaris vena *running betweene the middle finger and the little finger.*

Salvātio, ōnis, f. σωτηρία. *A saving, salvation.*

Salvator, ōris, m. g. σωτὴρ. *A Saviour.*

† Salvātrix, īcis, f. g. Gl. *She that saveth.*

Saluber, hæc salubris, hoc salubre, & hic & hæc salubris, & hoc salubre, ior, errimus, (à salus, quod præbet sanitatem.) ὑγιεινὸς, σωτηρικὸς. *Healthfull, wholsome, also sound, good, profitable, whole.*

Salūbritas, ātis, f. g. ὑγιεία, τὸ ὑγιεινόν. *Health, wholsomnesse, healthinesse.*

Salubriter, briùs, errimè, adv. ὑγιεινῶς, σωτηρίως. *Healthfully, profitably.*

Salve ut verbum defect. solumq; declinatur per secundas personas Imperativi, utriusque numeri, & præsens infinitivi; Hoc modo, salve, salveto, plur. salvete, salvetote, salvere, (ex שלום *shalam*: al. à salvus) χαῖρε, τὸ εὖ πράττειν. *God save you, God speed you, God bless you, farewel.*

Salvĕo, ēbo, vēre, Cic χαίρειν, εὐπραγεῖν. *To commend thy self to one:* vid. sup.

Salvia, æ, f. gen. Plin. (à salvus, quod varios sanat morbos) ἐλελισφακὸς, *The herbe sage.* Salvia Romana: Jun. *Sage of Rome, or Clarie.*

† Salviātor, ōris, vide Salviarius.

† Salviātum, ti, n. gen. vide salvarius.

† Salvifico, as. *To make safe.*

Salvificus, a, um: σωτήριος. *Made safe, making safe or wholsome.*

† Salvio, as, vide salvio.

† Salvitas, ātis, fœmin. id est, salus.

Sălum, li, neut. gen. & salus, i, masc. Enn. (σάλος ex ἅλς, à sapore salis, vel à σείω, quod fluctuat, quidam ἀπὸ τῶ σάλλε, à commotione quod ab ἀλιστής, ducit Mart.) ἡ ἅλς. *The sea, the sea shore, or a haven neare the shore; also a tossing of the waves of the sea, a tossing or billowing, a troubling or turbulentnesse.*

Salvo, as, σώζω. *To save, to preserve, to keep.*

Sălus, ūtis, f. Var. à salvus. Sabinus esse ait, fælicitas, incolumitas, valetudo, remedium, ὑγιεία, σωτηρία. *A greeting, a saluting, a safety, safegard, health; also the good state of ones condition or life: also to bid farewel, to take leave of:* Mart. à tale qui utres integras servat à corruptione, ita salus exitio contraria, vel à σάος, vel à שלו *shalau.* Mart.

Salus,

Salus, dea salutis, unde salutaris porta Romæ appellata, ab ejus deæ æde qui ei proxima fuit. item salus pro pecunia, Plaut.

Salsafandria, æ. fœmin. Off. μῦρσινον. *Garden* nigella; *or Gitte.*

Sălūtāris, re, adj. σωτηρικός, ὑγιεινός. *Wholsome, healthfull, comfortable, also in good health,* herba salutaris, Iun. *Rosemary.* Salutares literæ, *Comforting letters.*

Sălūtāre, ris, n. *Health.* Salutaris litera dicta quia absolutionis nota erat. salutaris digitus. *The fore-finger.*

Sălūtāriter, adverb. σωτηρίως. *Healthfully, wholsomly.*

Salutātim, vide saltim.

Sălūtātio, ōnis, fœmin. ἀσπασμὸς, εὐφημισμός. *A greeting, a bidding God speed, or good morrow.*

Sălūtātor, ōris, masculin. ἀσπαστὴς. *A bidder good morrow, a saluter.*

Sălūtātōrium, ii, neut. Sen. τὸ ἀσπαστικὸν. *A place where men stand to salute the Prince.*

Sălūtātōrius, a, um: Sen. εὐφημιστικὸς. *Belonging to saluting.*

Sălūtāturus, ra, rum, p. ὁ ἀσπασόμενος. *About to salute.*

Sălūtifer, ra, rum, Mart. σωτήριος. *That bringeth health, wholsome.*

† Salutificātor, ōris, m. Vert. *A saviour.*

† Salutifico, as, Bud. *To preserve or keep.*

Sălūtiger, & salutigerŭlus, a, um: Plaut. ἀσπασμοφόρος. *He that bringeth recommendations from another person.* salutigerus, a, um: idem.

Sălūto, as, salutem dico, ex salus. ἀσπάζομαι: ἀσπασμοὺς φέρω, εὐφημίζω. *To greet, to send commendations, to take his leave, to bid good morrow, to honor.*

Sălutor, āris. *To be saluted or reverenced; also to be reserved and not cut off.*

† salvigardia, tutela & protectio. *A safe conduct or convoy.*

Salvus, a, um: (à sanus Per. vel ex salve, vel à σάος שָׁלוֹם shalom, שַׁלְוָה shalvah, vel vide salus, σῶος ὑγιὴς. *Sound, safe, whole, in good case, in good health.*

† Salvica, i. salivum, Isid.

† Sam, pro eam. Enn.

† Samaidacus, homo ridiculus, vel qui dictis mordet, ex σαμαίνω, & δάκνω. vide M. Samatria idem.

Sambūca, æ, f. Pers. (σαμβυκὴ, vel σαμβύξ, machina, quòd ut in organo chorda sic in machina intenduntur funes. Fest. Diom. ex Sambuco inventore, Scal. à סַבְּכָא sabecca, quod est apud Dan. c. 3. sambuca.) *An instrument of musick taken for a dulcimer; an engine; also the same that* sambucatria.

Sambūcēus, a, um: Plin. Iun. ἄκινος. *Of, or belonging to an Elder-tree.*

Sambūcētum, neut. & sambucum est locus ubi crescit sambucus, Plin. *The place of Elder trees.*

† Sambūcĭarius. *He that playeth on* Sambuca, M.

Sambūcina, æ, f. Pla. σαμβυκίστρια. *A woman that playeth on a dulcimer.*

† Sambūcĭnārius, ii, m. *He that playeth on a dulcimer.*

Sambucistria, æ, f. Liv. & sambustria, vide sambucina, mulier sambuco canens.

Sambūcus, ci, f. Plin. (dict. quòd ex ea instrumenta faciebant sambucis similia) ἄκανθ, ἄκινος. *An Elder tree.*

† Sambulus, li, m. Plaut. *A jumper.* rectius forsan sambuculus qui ad sambucam tripudiat.

Sambyca, æ, fœmin. gen. vel sambyx, icis, idem quod sambuca.

† Samech, Parac. vide Tartarum.

† Sămĕra, æ, f. Col. τὸ τῆς πτελέας σπέρμα. *The seed of an Elme.* Semen almi vel ulmi, Plin. 16. 17. leg. samara.

† Sămiārii, Jun. *Harnesse scowrers.* quia fit cum terra Samia.

† Sămiārius, ii, masculi. idem.

Sămiārius lapis, & Samia testa & Samia vasa, & Samium lutum, & Samium absolute vas ex Samia

† Sămiātor, ōris, m. *He that sharpeth.*

† Sămiātus, a, um: par. Vop. *Whetted, polished.*

† Sămio, as. *To whet or make sharp.* v. Samiarius.

† Samilem. *A kind of herb.*

Sămiŏlum, li, neut. dim. Plaut. σκευάριον ὀστράκινον. *A little earthen pot.*

Sămiŏlus, a, um. Plaut. dim. à Samius. ὀστράκινος. *Made of earth.*

Sămium, ii, n. g. κεράμιον. *An earthen pot.*

Sămius, a, um, (à Samo insulâ,) *Earthen, also sharp.*

Samnio, vide Sannio.

Samŏlus, li, m. gen. Plin. *Fenberries.*

Samothrācius, Plin. *A kind of precious stone of Samathrace.*

† Sampsa, æ, fœmin. Col. vel sansa, à Samia quòd fit dura, ut Samia terra. M. est ipsa olivę caro: σάμψα, πυρὴν, *The stone of an Olive, or the meat of an olive,* v. Cal.

Sampsūchĭnus, a, um, Plin. σαμψύχινος. *Of, or belonging to Marjoram.*

† Sampsūchum, vel sampsuchus, chi, masculi. Col. σάμψυχον à σάειν ψυχήν, quod sanet animam. *The herbe called the sweet Marjoram.*

Sānābilis, le, adject. ἰάσιμος, ἀνεκτὸς, θεραπευτὸς. *That may be healed.*

Sanamunda, Iun. *The herbe Benet.*

Sānātio, ōnis, f. verb. ἄσις, ὕγιωσις. *A healing or curing.*

Sānātus, a, um, p. ὑγιωθεὶς, *Healed, cured.*

Sancio, is, īvi, & xi, ītum, & ctum, īre, (ex sanguine, quod mactæ hostiæ sanguine fœdera solerent confirmari. M. à sanus, vel à sacer, interposito n. sancer vel בָּרָה, κωλύω, διατίθημι, νομοθετῶ. *To dedicate, to establish and confirm something under a certaine penalty, to forbid by ordinance, to make ordinances.*

Sancītus, a, um, part. διαταχθεὶς, κελευσθεὶς. *Ordained, confirmed by law, also forbidden.*

† Sancītus, us, m. νομοθεσία, vide sanctio; sanctior, v. sanctor.

Sanctè, ĭssimè, adverb. ὁσίως, ἁγίως. *Holily, religiously; also entirely, sincerely, soundly, with a great oath.*

Sancti, Jun. vid. divi.

Sanctificatio, ōnis, f. ἁγιασμὸς. *An hallowing.*

Sanctificator, masculi. gen. & sanctificatrix, f. g. *An he or she hallower.*

Sanctĭfĭco, as. ἁγιάζω. *To hallow.*

Sanctificium, ii, n. *A sanctuary, an holy place.*

Sanctĭlŏquus, a, um: Prud. *Speaking divinely.*

Sanctimōnia, æ, f. ὁσιότης, ἁγιασμὸς, ἁγιότης. *Holinesse, devoutnesse, honesty.*

Sanctimōniālis, le, adj. *Pertaining to holinesse.* Subst. *A Nunne, a holy Virgin.*

Sanctimōnium, ii, n. g. ἁγιαστήριον. *Holinesse, also the profession of a religious person.*

Sanctio, ōnis, f. verb. κώλυσις νομοθεσία. *A decree, a law, an ordinance established and made with a penalty:* ex sancio.

Sanctĭtas, ātis, fœmin. & sanctitudo, inis, idem quod sanctimonia,

monia.

Sanctor, óris, mascul. gener. qui sancit. Tac. νομοθέτης. *A lawmaker.*

Sanctuārium, ii, n. gen. Plin. ἁγιαστήριον, ἄδυτον. *An holy place, a Chappell, a Church: also a secret place.*

Sanctŭlus, Hier. Dim. à sanctus, ἀγλαΐσκερ: *Somewhat devout.*

Sanctum, ti, n. *A secret thing to be revealed: also that which is safe and fenced from all injury, also Heaven.* Mart. & idem qd sanctimonium.

Sanctus, ti, mascul. Isid. *A Saint.*

Sanctus, tior, issimus, a, um: quod sancitum est, Isid. ab hostiæ sanguine appellationem trahit, etenim nil sanctum habebant vet. nisi quod hostiæ sanguine conspersum & consecratum esset, ac procul dubio ex heb. קדוש Kadesh, primitus descendit inter posito nun. Scal. exerc. 325. ἅγιος, ὅσιος. *Honest, pure, sacer, devout:* est & sanctus à sancio pro sancitus: νεμβεὶς.

Sancta loca. *Holy and priviledged places.*

Sanctum. *Pure, undefiled.*

† Sanctoralia, exemplaria illa quibus passiones sanctorum & martyrum continentur.

† Sancus, Var. L. L. Ael. Gall. Dius fidius dicebat Diovis filius ut Græci Διόσκορος Castorem, & putab. hunc esse sanctum à Sabina lingua & Herculem ab Græca. Scal. Sanqualis porta: ex Sancto Proport. vide M.

† Sandaliārius vicus, Sex. Ruf. *A Street in Rome where pantofles were made.*

Sandalides, Plin. sandalis, idis, inde plur. à similitudine sandalii, dict. σανδαλίδες. *A kinde of Palm or Date-tree.*

Sandalligĕrŭlus, a, um, Plaut. σανδαλοφόρος. *He that weareth slippers or pantofles, or that carryeth the same for others.*

Sandălium, ii, neut. Ter. σανδάλιον, σανδάλιος; סנדל Sandal. id est, Calceus tenuis: Chald. סנדל Sandal Sandalium. *a shoose, any thing like a slipper or shoos-soale; salt-fish.* Cathol. à sandyx, & dicit esse pannum quo equi nobilium solent operiri; item quo operiebantur vulnera vel corpora mortuorum. *A slipper or a pantofle.* σανδάλιον.

† Sandălothēca, æ, fœmin. σανδαλοθήκη. *A thing to put slippers in.*

Sandalum, li, n. *A kinde of French wheat, or meale,* sandalio simile, Plin. 18.7.

† Sandălus. *A spice called sanders.*

Sandăpila, æ, fœmin. à sandalio, id est, panno quo operiebantur corpora mortuorum. Pap. *A beere, a coffin to bear dead bodies in.*

Sandapila, M. ex סנד Sand sulcrum & דפן dapan, sepelire: vel potius ex σανίδι & πηλῷ.

Sandăpilārius, a, um: ad sandapilam pertinens. subst. antivè. *One that carried the dead bodies of the poor on a Beer to burial: also a faber sandapilarius, a coffin-maker, or maker of Beeres:* Sandapilarius subst. *He that buricth the poor.*

† Sandapilo, al. sandapelo, qui sandapilam gestat, vespillo, libitinarius: vide Sandapilarius.

Sandăracha, æ, fœmin. Plin. σανδαράχη. *A bright red colour used of Painters; also a kinde of herbe.*

Sandărăchātus, a, um, Plin. σανδαραχωτός. *Mixed or tempered with that colour.*

Sandărăchĭnus, a, um: vel sandaracinus: Fest. quod colorem sandarachæ refert, hoc est, quòd flammæ colorem imitatur: σανδαρακίνῳ. *Very red of colour.*

Sandaraca, Fest. sandaracam ait verius esse genus coloris quod Græce sandycen appell. M. ex Arab. ערקי gnarki sandarata. Isid. ערק gnarac, sudara סגד sagad ex רעד ragnad sustentare.

† Sandarenses. *A kind of gemme.* Plin. 37.7.

Sandacer: gemma. Plin. 37.7.

Sandaterion, gemma. Plin. 37.7.

Sandasirus, ri, m. nascitur in India, loco ejusdem nominis: Isid. 16.13. Plin. 37. *A gemme with golden drops.*

Sandastros, Plin. à σανδύξ, vel ex Sandus fluvio Indico ubi nascitur. *A kinde of burning stone.*

† Sanderica, vide Sandaracha.

† Sandonicum, ci, neut. Gloss. *An herbe which killeth beasts.*

† Sandonicum, M. santonicum à Santonibus Galliæ.

† Sandonicus color. *A swarthy colour.*

† Sandyceus, a, um: vel Sandycius, & sandycus, colore sandycis infectus.

Sandyx, ycis, mascul. Vir. vel sandix, σανδύξ: M. ex ערגן Ikani, κόκκινον, rubrum. & דק dak, minutum: Br. affinitatem habet cum scandicis: al. à sandaracha: id est, M. *A kinde of colour.*

Sānē, adverb. Hor. à sanus: ὑγιεινῶς. *Like a whole and sound man.*

Sanè, adverb. hoc est sana mente aut sensu, ubi nihil fuci latet aut fraudis, inde ponitur pro reste, verè: Pet. ex sanus, ὄντως, ἀληθῶς, μέντοι. *Certainly, truly, also earnestly, very greatly.*

Sānesco, is, ĕre, Col. ὑγιαίνω. *To be or wax whole.*

Sangenes, vox Indica, gemma ex opali generibus; Plin. l. ult. cap. 6.

Sanguen, ĭnis, n. ex Enn. & Accio; Var. sic de finibus pro sanguis, v. Non.

Sanguiculus, li, m. τὸ αἱμάτιον. *The blood of a Goat or Hog made into meat,* Plin. 18.14.

Sanguĭnālis, le, adj. Col. αἱματώδης. *Of, or belonging to blood, of the colour of blood.*

Sanguĭnālis herba quæ & sanguinaria, Plin. 27.

Sanguinans, tis, part. Tac. *Cruel, bloody.*

Sanguĭnāria herba, Jun. πολύγονον. *Bloodwort, swines grasse, or Wall-wort.*

Sanguinārius, a, um, φιλαίματος, αἱμοχαρὴς, φονικός. *Cruell, delighted in spreading of blood. Of blood.* sanguinei fructus, Plin. 16.18.

† Sanguĭnētum, ti, neut. Plin. *The place where bloodwort groweth.*

Sanguĭnĕus, a, um, αἱματικός, ἔναιμος: *Full of blood, of a bloody colour, mereilesse: of blood.*

† Sanguinificātio, ōnis. *The changing of the nourishment into blood:* Stup.

† Sanguiflŭus, a, um, Stup. *Flowing with blood; that will flow with blood.*

Sanguĭno, as, Tac. αἱματόω, αἱμορραγέω. *To bleed: to be bloody.*

Sanguĭnŏlentus, a, um; id. quod sanguineus.

† Sanguĭnōsus, a, um; sanguinis plenus.

Sanguis, ĭnis, m. (ex ἕιμα vel dict. quod sit suavis, unde & homines quibus dominatur sanguis dulces & blandi sunt, αἱμῶλοι, Scal. Tuscum ait esse, in sacrificijs sanctus est, quia purificat ritualiter, & figura sanguinis Christi est & potest duci ab ἅγιος, vel sanguis est, cujus

cujus vi. ζεν γοιε aut σκεῖν γοιε.) *alimus. Blood, kindred, whereof we are.* αἷμα. *Parentage; also strength, vigour, death, slaughter, murther.* Sanguis ærarii pro substantia in ærario, item pro vigore. item pro progenie & pro calamitate.

Sanguis draconis: vide cinnabaris.

Sanguisorba. *The herbe pempernell or burnet.*

Sanguisuga, æ, fœmin. Plin. (sanguinem exugens:) βδέλλα. *a worme that sucketh blood, a horseleech.*

† Sāngos, aut sabus forte scribend. Sagus. *A wise man or wisard.* Acerd.

Sanicula, æ, f. à sanando ulcera: Offic. *The herbe sanikle or sanikell.*

† Sanium, gl. v. sanies.

Sānies, ēi, fœm. (Isid. quod ex sanguine corrupto nascitur: Peror. à sanus) ἰχὼρ λυθρώδης: *Matter comming forth of putrefaction, poyson, dregges.*

Sānios us, a, um: Plin. πυώδης, λυθρώδης. *Full of corrupt blood or matter.*

Sānitas, ātis, f. ὑγιεία, ὑγίεια. *Health, soundnesse.*

Sāniter, adverb. Non. *advisedly.*

Sanitūdo, ĭnis, fœm. gen. Plaut. *Healthinesse.*

Sanna, æ, f. Juv. (σάννας, à σαίνειν, quòd fatuorum est. Perot. à narium sonitu ducit: Is. Casau putat originem vocis esse ab Heb. verbo שנן *shanan*, acuere: unde שן *shin*, Dens; & שננה *shannah*, aculeata oratio, cujusmodi sanna) χλεύη, χλευασία. *A making a scorne, a gibe, a frumpe.*

† Sanna alba, idem quod Napium: orth.

Sannio ōnis, m. quòd sannam facit, χλευαστής. *A mocker; also the foole in a Play, a jester, a derider.*

† Sanno, ās: comp. tantum in usu. *To deride.*

† Sannŭla, æ, fœmin. dim. à sanna.

Sāno, as: ὑγιαίνω, ἰάομαι. *To heale or rule.*

Sanqualis, is, fœm. g. Pli. dict. quia in sangi vel sancti Dei tutela est: φήν. *A kinde of Eagle called ossifraga.*

† Sanchus, Sabinorum deus.

† Sansa, æ, fœmin. vide sampsa.

† Sansucus, v. sampsucus.

Santalum, li: n. Dioſc. 1. 19. al. scribunt sandalum, vox Indica, *A kinde of tree.*

Santerna, æ, f. M. qu. sana nitrina, vel ex Chal. סנין senin, & נטרא nithra: Pl. 33. 5. *Soulder, wherewith gald is soulded.*

Santŏlīna, 4. f. ab odore santalo. *Lavender cotton.*

Santŏnĭcum, ci: n. σαντόνικον, nomen à regione in qua nascitur. *A kinde of herbe like Southernwood.*

† Santŏnĭcus, cucullus, qu. apud Santonas oppidum Galliæ confici untur, Juv.

Sānus, a, um, & ior, issimus, ὑγιής, (ex sanguis, quod ex statu recto sanguinis sanitas provenit, Isi. al. ex σαίω, vel ut alii à shalem שלם vel à שלע iashaing vel שוע shuang.) *Sound, whole, healthsome, in good state and condition, well in his wits; also delectable, wise, beautifull.*

Sāpa, æ, f. Plin. (ex ἕψημα ex ἑψέω, decoquere; Per. quia sapit, & sapida est.) ἕψημα, σεῖρον. *Wine seddeu, new wine boyled unto the third part.*

Sāperda, æ, f. per. (ex σάπερδος, simus, vel quòd bonum saporem perdidit.) σαπρόδης. *A certaine fleshfish having a stinking smell; a dunghill, water mingled with sand.*

† Saphatum, Avicennæ manantia capitis ulcera, Græcis ἀχῶρες & κηφίδια. al. leg. Sapharum.

† Saphena, æ, fœm. *A certaine veine of the ankle.* Fernel. עצאב tsaphan.

† Saphirĕus, a, um; ut saphirea materia; Parac. *Pure liquor.*

† Saphiri, Jun. vide Achores.

† Saphon, ōnis, fœmin. Isid. *A cord in the foredecke of a shippe.* vid. Saphena.

Sāpidus, a, um, ἡυχλός. *Savory.*

Sāpiens, ior, issimus, σοφός, φρόνιμος, νουνεχής. *Skilfull, wise, well advised, discreet.* dr. sapiens in contemplandis, prudens, in agendis, Atilius.

Sāpienter & ius, adv. σοφῶς, ἐμφρόνως. *Wisely discreetly, advisedly, done with judgement.*

Sāpientia, æ, f. σοφία. *Wisedome, the knowledge of things divine and humane.*

† Sāpientĭpŏtens, tis. Eum sapientipotentem. *Mighty in wisdome, or that by his wisdome is able to doe much, and bring great things to passe.*

Sāpīna, æ, f. Plin. *A kinde of Pine nut.*

† Sāpĭnētum, ti, neut. *A grove of Firre.*

† Sapineus, a, um, Col. *Of or belonging to a Firre tree.*

† Sapinos, Plin. 19. 4. genus est M. ex סְפִין sapan, vel יָעַץ tsaphan, abscindere. *A kinde of Amethyst.*

Sāpinus, dict. quòd sapiat pinum in ligno, in fructu, & in foliis, al. qu. satam pinum. Plin. 16. 39. abietis quæ pars è terra fuit enodis, est hæc, qua diximus ratione fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocat. ἡ ἐλάτη. *The lower part of a Firre-tree that hath no knots.*

† Saracum, Acer. genus pallii aut veli.

† Saracum, Glossarium, Saraca ἀμάξα, Scal. ad Fest.

† Sarapus, idolum Gentile ex שרף Saraph utere; item Persica tunica. v. Sarapis.

Sāpio, ĭs, ĭvi, vel ĭi, ĭtum, & sapīti, sapītum, ĕre (ex שאף shaph, σοφός. quando ad animum refertur, φρονέω. seu quando ad corpus refertur, ex σάπτω, vel ex שפת sepeth, labium sive os, vel a sapa succus, χυμίζω.) *To smell or taste, to have a good wit or to be wise, to understand and perceive well: also to resemble,* refero.

Sāpo, ōnis, m. g. Plin. σάμψυχον, σάπων ex σήπω, quòd fœtet, vel ex sapore. *Sope.*

Sapōnālis, le. *A kinde of herbe having a stalke like a Beane, and leaves like a Plantane.*

Sapōnāria, æ, f. ex sapo. Offic. *The herbe sopewort.*

Sāpor, ōris, m. g. (ex saphio) χυλός, χυμός. *A taste or smell, also pleasantnesse in talke.*

Sāpōrātus, a, um. *That hath a savour.*

† Sāporifĕr, ra, rum, ferens saporem.

† Sāpōro, as, saporem facio. *To make a savour.*

Sāporus a, um, adject. *Savory.*

† Sappa, ex σκάπτω vide ligo, sappula parva sappa, M. ex Gloss.

† Sapphirātus, a, um, Sund. σαπφειρώδης. *Painted with Saphires.*

Sapphīrĭnus, a, um, Plin. σαπφειρινος. *Of or belonging to a Saphire.*

Sapphīrus, ri, m. Plin. σάπφειρος. סַפִּיר Saphir. *A precious stone called a saphire.*

Sappho, Σάπφω, poetris, inde Sapphicus, a, um, ad Sappho pertinens.

Sapröphăgus, gi, m. Mar. σαπροφάγος ex saprum & ἐσθίω comedo. *He that receiveth the drinke* Saprum.

† Saprum pri. n. ex σάπειν putridum. *A potion to helpe men of the collicke.*

collacke.

Saprus, a, um : σαπρὸς, putris. *Stinking, rotten.*

† Sapsa, pro ipsa & seipsa, Enn.

Sar, vel sarra, lingua Tyria vocatur quidam piscis.

† Sarrabara, & sarabala. Dan. סַרְבָּלִין sarabalin, sunt fluxa & sinuosa vestimenta. *A kinde of Baste.*

† Saracenia, multitudo, vel ritus Saracenorum.

† Saracenica herba aristolochia & saracenicus, a, um : Jun. *Saracens herbe.*

† Saracenizo, as, *To play the Saracen.*

† Sarapis. *A kinde of Persian garments.* idolum Gentile.

† Sarcasinicus, a, um, irriforius, & hostilis vel amarus, σαρκαστικός.

Sarcasmus, mi, mascul. gen. Isid. gr. σαρκασμὸς, ex σαρκίζω, à σάρξ caro, quod in recisione dentes nudantur carne. *A biting, a sneare.*

† Sarcia, æ, f. Plaut. *Grossenesse, thicknesse, fatnesse.*

† Sarcimen, inis, neut. ex sarcio. Apul. ῥάκος. *A seame, or patch.*

† Sarcimentum, ti, neut. idem.

Sarcina, æ, f. ex sarcos, caro. Plaut. ex sarcio. Font. onus vehiculorum & majus est, sarcina est hominum. σάκκος, σκευή. *A packe or carriage, bagge and baggage: also goods, stuffe locked up in coffers, an unprofitable burden : Arab.* סָרַב carag onus.

† Sarcinas, ātis, neut. gen. dixit Plaut. Most. quid sarcinatis, ecqua est, si umbram non habes? Cæl.

† Sarcinālis le, adj. Ammi. ad sarcinam pertinens. φορτικὸς. *Of or belonging to packes, serving to carry burdens.*

Sarcinārius, a, um : Cæs. idem.

† Sarcinātis, vide sarsimatis.

Sarcinātor, ōris, m. gen. Paul. ἀκέστης, σκυτοράφος. *A botcher, or a mender of old botches.*

Sarcinātrix, icis, fœm. g. Cal. ἀκέστρια, ῥαπτίς. *She that mendeth old garments, she that keepeth packs and fardels.*

Sarcinātus, a, um, Plaut. σκευοφόρος. *Laden with packes.*

Sarcino, as, σκευάζω. *To load, also to sow :* ῥάπτω.

Sarcinōlus, i, um, Apul. *Weighty.*

Sarcinŭla, læ, f. dim. à sarcina. Cat. *A little packe.*

Sarcio, is, si, tum, ire (ῥάπτω, ex sartio. Fest. sarcire, integrum facere, al. ex. σάρξ, M. sarcio qu. σάω ῥαπία cute lacerna vestes.) θεραπεύω, ἀνόρθωμι, κρίκαρπίζω. *To make whole againe, to repaire that is decayed or worne, to clout, to patch, also to make amends for that is done amisse, to pay damages or losses.* M. ex sero. ἴσω, συνείρω.

† Sarcion, σαρκίον, caruncula, di. à σάρξ, est velut carnosa quædam vena, gemmarum vitium carchedonis smaragdis admodum peculiare, unde & nomen Plin. l. ult. c. 5. *A kinde of stone.*

† Sarcitector. Isid. qui ex multis hinc inde conjunctis tabulis unum tecti sarciat corpus : *A repairer.*

† Sarcito, as, Hul. *To pay costs and damages, to recompence.*

Sarcites, σαρκίτης, gemma, ex σάρξ caro. Plin. 3. 10. *A precious stone.*

† Sarcinuncŭla, æ, f. Hul. *A little packe or fardle, stuffe.*

† Sarcocēle, σαρκὸς κήλη, carnis tumor. vid. ramex.

Sarcŏcolla, æ, fœmin. Pl. græc. σαρκὸς κόλλα. dict. à glutinandis carnibus, id est vulneribus. *A gum of a tree in Persia like the powder of incense.*

† Sarcōma, i. σάρκωμα, ex σάρξ, superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora laginantur. Isid.

† Sarcomphălon, σαρκόμφαλον, in umbilico incrementum carnis.

Sarcŏphăgus, gi, m. Plin. σαρκοφάγος gr. dictus ab edendo carnes, quia σῶμα φαγεῖν solet. *A grave, a sepulcher, a certaine stone called castlestone.*

† Sarcos, gener. à σάρξ, caro.

Sarcotĭcus, a, um, σαρκοτικὸς, ὁν, carnem restituens. *Bringing flesh againe.*

† Sarcŭlatio, ōnis, fœm. gen. verb. Plin. σκαλισμὸς. *A weeding, a raking.*

† Sarcŭlo, as, Col. σκαλίζω. *To rake or weede up with a rake, or like instrument.*

Sarcŭlum, li. n. g. Cat. & sarculus, i. m. à sarriendo, σκαλὶς. *A weeding hooke, a rake.*

Sarda, æ, fœm. Plin. dict. quod à Sardibus primum fuerit inventa τὸ σάρδιον, à σαρδὼ. *A red stone of the colour of flesh : Also a fish.*

Sardachātis, Plin. σαρδαχάτης ex sarda & achates. *A kinde of achates stone, a gemme.*

† Sardalia, æ, fœmin. *A wilde Lettuce.*

† Sardiana glans. Jun. σαρδιάνη βάλανος. *A chesnut.*

† Sarlianus mundus, poet. pro unguentorum deliciis. Turneb. leg. Sardianus, a, um, à Sardibus, balenæ Sardinianæ. *The Whale of Sardinia.*

† Sardĭcus, a, um : *Wise.*

† Sardina, æ, f. g. Col. τάριχος. *A kinde of fish called a fardell or sardin.*

Sardius lapis, Plin. quia in Sardinia laudatissimus nascitur. *A kinde of Onyx of blacke colour, called a Corneoll.*

Sardo, as, Nav. à Sardis, quòd homines illius loci subtiles sunt ad intelligendum, vid. Fest. *To understand.*

Sardōa, æ, fœm. Virg. σαρδόνιον. *An herbe like a smallage, which being eaten causeth great laughing and grinning, whereupon ensueth death,* unde Sardonicus risus. *A laughing without cause, the end whereof is sorrowfull.* dicitur herba Sardonia vel Sardinia : dicitur & risus Sardonius, qu. Sardi captivos Saturno immolabant, qui ut suam fortitudinem indicarent, ridebant, vel quòd qui justæ vitæ tempus apud eos vixissent, dum fustibus à filiis in fossam compellerentur in qua sepeliendi essent, ridere solerent, vel quod Sardi solerent ridere quando malum contra aliquem intendebant.

† Sardomon, id est, nasturtium.

† Sardonica : æ, fœmin. vide sardoa.

Sardōnius, & sardous, a, um : ad Sardoam pertinens.

Sardōnius risus, vide Sardoa.

Sardŏnychātus, a, um, Mart. σαρδονυχωτὸς. *Having apparell garnished with a stone of the colour of a mans naile.*

Sardonichus, chi. mas. & Sardonyx, ichis, m. & fœm Plin. (σαρδόνυξ, ex Sarda & ὄνυξ, unguis, gemma est in summa sua parte unguis humani candorem, inferiore autem dilutum sardæ ruborem referens. vide Cal. *A kinde of precious stone.*

† Sargus, gi. m. σαργὸς, vel σαργὸς, à carne multa dict. quia carnosus piscis. Ges. *A certaine fish in the Ægyptian sea.*

† Sargimus, & Sargo piscis ex genere mugilum, à Sargi simil. dict.

Sari, Plin. σάρι. *A kinde of herbe growing in the water, having a hard roote necessary for Smiths :* voc. Ægyp.

† Sario, ōnis, m. Aug rectius sario. *A Salmon trout.*

† Sario, as, avi, vid. laxo. unde sa:icus, a, un. ; i, laxatus, item mu-

rus destructus.

Sarissa, æ, f. Liv. σάρισσα, verbum Macedonicum, M. ex σείω quatio, & ῥάω frango. *A long speare or javeline which the Macedonians used.*

Sarmentārius, a, um. *Made of small boughes.*

Sarmentitius, a, um, Col. κλημάτινος. *Of or belonging to twigges or branches.*

Sarmentōsus, a, um, Plin. κληματώδης. *Full of branches.*

† Sarmento, as, antiq. *To lop as they use to lop trees.*

Sarmentum, ti. n. (à sarrio, Sc. à saro, σάρμα, quod à σαίρω, sarpo, unde sarmenta, quasi sarpomenta, sarpere antiq. pro purgare dicebant, I sid. ex serendo, quasi seramentum.) κλῆμα, κλημάτις, ῥοῦγανον. *A twig of a tree, or a branch of a vine growing in the tree; also the little buds whereon the grapes hang on clusters.*

† Sarapoda, qui latos habet pedes, σαράπους.

† Saron, scopa.

† Sarosa leno, vel lena.

Sarpa, vel sarpta, vitis. Fest. ex sarpere, id est, purgare, al. ab ἅρπη. *A vine whereas is cut or spread, also* falx putatoria. *A cutting hooke.*

† Sarpo, vel sarpio, is, ĕre. ex ἅρπη. *To prune or cleuse.*

† Sarptus, a, um, ex sarpa putatus. *Lopped, cut off.*

† Sarraballum, li. n. *The legge or thigh.* un. sarraballa *breeches.* Chaldaicum.

† Sarra, ex צור tsur. Syrus, Tyrius, vi. Scal. ad Fest.

Sarracum, ci, n. Juv. (ex sarra quæ olim Tyrus dicebatur, vel ex sar piscis. Fest. sarracum, σαράκιον, ex σωρός acervus, quòd in eo vehiculo plures res congerere possint. ἅμαξα. *A cart to carry loads, or burdens.*

Sarranus color. Jun. ex צור tsur Tyrius, *Purple colour.*

† Sarratula, Offic. χαμαιδρύς. vide Serratula.

Sarrio, is, īvi, ītum, īre. Plin. ex σαίρω scopis purgo, M. ex Chald. שרה sarah, scindere, vel ex Heb. כרה sarah, σκαλίζω, σκαλεύω. *To weede corne, to rake, to harrow, to cut vines.*

Sarritio, ōnis, f. verb. Var. σκαλισμός. *A weeding with a weedehooke or such like.*

Sarritor, ōris, masc. Col. ex sarriendo & sarciendo. Nonn. σκαλευτής. *A weeder, raker, harrower; also a botcher or mender,* sartor.

Sarritūra, æ, fœm. & sartura, id qd sarritio.

† Sarsor, vide sartor.

Sarta tecta, Cic. opera publica quæ locantur ut integra præstentur; dicimus autem exigere sarta tecta, locare, conducere, tradere, habere. præstare. *A common building kept in sufficient reparation.*

† Sartagineus, de sartagine existens, unde sartaginosus.

Sartāgo, ĭnis fœm. Plin. (ἀπὸ τ σαρκὸς, id est, à carne dict. patella in quo caro frigitur, Isid. à strepitu soni, quando in ea ardet oleum. Bec. ex Sar. vel Sart ex שרת Sarat, משרת; Etym. verisim. quamvis posthæc. Mart. ex σάρξ, & τήγανον, τὸ τήγανον. *A frying pane.*

Sartē, adv. Fest. *Wholly.*

Sartor, ōris, m. gen. à sarrio, & à sarcio, Plaut. ἀκέστης. *A taylor, a botcher; a weeder of corne,* σκαλεύς, *A dresser of vines.*

† Sartōrium, ii, n. Vlr. *A cobblers shop,* sarcimentum, idem.

Sartōrius, a, um, ad sartorem pertinens.

† Sarttrix, īcis, f. Front. *A woman tayler or botcher.*

† Sartum tectum, i, n. Mart. *A repayring of houses.*

Sartūra, æ, f. ex sarritura, Col. σκαλμός, σκάλισις. *A weeding, a raking or harrowing.*

† Sarturillus, Cooper. *The body of a pigge stuffed with meate.*

† Sarus, Hesych. *A figure or number among the Babylonians,* Scal. sarus dierum est mensis xxx. dierum; sarus periodicus est periodus xxx. quadrienniorum, &c. vid. Scal. & Mart.

† Sarsurium opus, id est, sartum tectum: Ac.

† Sas, pro suas, vel eas, sam pro suam vet. dixere, Enn.

Sat adv. ex satis, ἀλὲς, ἱκανῶς, ἄδην. *Enough, sufficient, right well.*

Sāta, ōrum, neut. Virg. ex sero. *Corne.*

Sātāgens, tis; qui satagit, anxius, Sen. ep. 98. *A busie body or troublesome.*

Sātāgo, is, ēgi, ere, Ter. (ex sat. & ago) πεπραγέναι, πολυπραγμονεῖν, διατρίβειν. *To be busie about a thing, to be greatly occupied, to be in great anguish of minde about a thing, to doe with speede, to have as much as he can doe.*

† Satan, & sataras, σατανᾶς, I sid. ex heb. Shatan שטן adversarius est, *An adversary or Devill.*

Sātelles, ĭtis, ex sat & ago, Perstipator, apparitor, Cath. qui ad hæret alteri ad ejus custodiam, & dicitur satelles quasi satis me n שטר *statur,* δορυφόρος, ὁπλίτης, ὑπασπιστής. *An halbert man, one of the guard, a sergeant, one that attendeth.* Mart. item ex Syr. שטר Setar lacus.

Sātellītium, ii, n. δορυφόρημα. *A guard or office of* satellites.

† Saterona, animal amphibium in humore pariter ac sicco vivens Cardiæum, Arist.

† Satherium, ii, n. animal quadrupes ex mari victum quæ rens, Arist. hist. an. à Σάθη, propter salacitatem.

Sātias, ātis; & saties, ei, Ter. & satietas, atis, (ex satis, al. à satio,) κόρος, πλησμονὴ. *Glutting, plenty, fulnesse, loathsomnesse, tediousnesse.*

† Sātiabilis, le, adject. ad satiandum habilis, unde satiabilitas, & satiabiliter.

Sātianter, adv. A pul. *Fully, contentedly.*

Sātiātus, a, um, p. κορεσθεὶς, πλησθεὶς. *Satisfied, glutted, having enough.*

† Saties, ei, f. Sil. v. satias.

Satietas, v. satias.

Sātin, pro satisne. *Well, well enough.*

† Satiago, curo: Vlp.

Sātio, as, Cato, vel ex satis, vel sat. κορεννύω, ἐμφορέω. *To fill, to satisfie.*

Sātio, fœm. verb. à sero; σπορὰ. *A sowing of seede: a planting.*

† Sātionālis ager. *A field that may be tilled.*

Sātior, us; comp. à satis, Plin. κρείττων, βέλτιων. *Better, fuller.*

Sātis, (M. ex ἄδην, ex ἀλὲς, Scal. in Theop. adverbium nota mediocritatis, sumptum ab agricolis, post fementem factam perinde ac si dicat, satis frugibus, præterea non laborandum,) ἀλὲς ἄδην, ἱκανῶς. *Enough, sufficient: also very well.*

Satisagere, curare, vid. M. ex Ulp.

Sātisaccipio, is, ēpi, ptum, ĕre, ἱκανὸν λαμβάνω. *To take sufficient surety.*

Sātisacceptio, ōnis, fœm. verb. Pom. *A taking of assurance.*

Sātisacceptor, ōris; Ulp. *He that taketh sufficient surety, or assurance.*

Sātisdātio, ōnis, fœmin. verb. κατασύστασις. *A putting in of sufficient sureties for performance of covenants.*

Sātisdātō. *Upon bond with sureties to pay the debt.*

Sātisdātor, ōris, masc. *He that is bounden for performance of covenants.*

Satis-

Satisfactum, ti, n. *ἐγγυοδοσία. A bond or surety layd for payment of money, or performance of covenants.*

Sătisdo, as, dĕdi, ĕtum, ăre: do satis: *μετὰ ἐγγυοδόσεως. To put in sufficient sureties for performance of covenants.*

Sătisfăcio, is, ēci, ctum, ĕre: *ἐκτίνω, πληροφορέω. To satisfie, to pay that one hath lent, to fulfill, to execute, to purge, to handle a matter well.*

Sătisfactio, ōnis, f. verb. *πληροφορία, ἐξάρκεια. A contenting, a purging, an excusing.*

Sătisfactum est. *We have fulfilled and done as much as, &c.*

Sătisfio, is, actus sum, ĕri. *To be satisfied.*

† Satisprædătio, ōnis, f. Cor. Cop. idem quod satisdatio.

† Satisprædo, as, Cor. Cop. *ἐγγυητὴν καθίστημι. To be bound with sureties for payment of money, or performance of covenant.*

Sător & hoc satius, hujus sationis, Plin. l. 17. c. 5. *Better, rather to be chosen.*

Sătius, adverb. *κρεῖττον, βέλτιον. Better.* Comparat: ex satis.

Sătivus, a, um: ex sero: *σπόριμος, καταπυτός. That is or may be sowne or planted, that is not wilde.*

Sător, ōris, masc. gen. verb. à sero: *σπορεύς, φυτευτής. A sower, a planter, a father, a creator, a begetter.*

Sătōrius, a, um: Cor. *Of or belonging to him that soweth.*

Sătrăpa, æ: masculi. gen. Ter. (dict. Perfica, אחשדרפים *σατράπης.* Satrapes, שתרין *satrenin.* Mart. Satrapa, quasi שתר אפא *shater apha*; Apparitor faciei. *A great Ruler, a Lieutenant, a President of a Country, a Governour.*

Sătrăpia, æ, f. g. Plin. actus *τῆς σατραπείας:* a Officium & dignitas satrapæ. 3 provincia cui satrapa præest, *σατραπεία. A Province, a Country.*

Sătullo, as: Plaut. (antiq. dict. pro saturo.) *To fill with any thing superfluously.*

Sătullus, a, um, dim. à satur: Var. *διάπλεως, ὑπέπλεως. Full fed, abundant, or plenteous.*

Sătum, ti, neut. gen. Virg. (ex sero, al. ex Heb. זרע in regim. זרא seath: inde Syr. סתרא satra est *τὸ σπόριμον*, M.) *σπόρος, σπέρμα. Any thing that is sowed or planted, the blade of wheat: also a kinde of Hebrew measure.*

Sătur, ra, rum: ior, ius, comp. leg. & satir. Col. ex Satio, vel satis: Poët. ex שבע *sabang, κεκορεσμένος, ἱκανὸς. Full, glutted, fertile, vehement.*

† Sătura, æ, fœmin. gen. *A certaine dish full of meate of the Sacrifices, whereof the Priests fed.*

Sătūrātio, ōnis, fœmin. Plaut. *A filling of an hungry stomacke.*

Sătūrātus, ior. Plin. *κορεσθείς. Filled, satisfied.*

Saturcia, æ, *A kinde of herbe.*

Sătūrēgia. Offic. & Satureia, æ, f. dict. ex gr. qu. Satyrea, à satyris qui sunt in venerem proni & salaces, vel à virili membro, quòd σάτυρον gr. voc. nam venerem emoriuam fuscitare creditur: *ὑ θυμβρή. Savory:* Plin. 19. 8.

Sătūrio, ōnis, masc. Plaut. *διαχορεῖς. He that hath eaten much, and too much.*

Sătūrior, vide saturatus, ior.

Sătūrĭtas, ātis: f. Plaut. *πλησμονὴ, κόρος. Excesse, fulnesse, plenteousnesse, also dung, ordure.*

Sătūrnalia, ōrum: n. *κρόνια. The feasts of Saturne kept in December.*

Sătūrnalĭtius, a, um: adject. Mac. *κρόνιος. Of or belonging to the feast of Saturne.*

† Saturni dens, Jun. *A sickle.*

Saturnius pes, Diom. id quod Palimbacchius.

Sătūrnus, ni. masc. gen. *κρόνος. Saturne, a starre so called.* vid. in propriis.

Sătŭro, as, *κορέννυμι, ἐμφορέω. To fill with any thing superfluously, to glut, to cramme.*

Sătus, a, um, p. à seror. *σπαρείς, φυτευθείς. Planted, sowne, begotten.*

Sătus, us, m. *σπορὰ. A sowing, a planting.* Lucr.

Satyra, æ, f. g. Var. qu. satura ob carminis vel rerum varietatem, quidam à Satyra lance quæ referta multis variisq; primitiis in sacrificiis diis offerebatur: al. à leg. Satyra, quæ uno rogatu multa si, mul complectebatur. Var. à quodam farciminis genere quod multis rebus refercie batur. à satyris quòd in hoc genere carminis rés ridiculæ pudendæque scribuntur. quemadmodum proferri à satyris solent. al. ex sat & ira, quòd plus satis mordent ejusmodi carmina. satyra, satira, satur. ex שטר *satet*, à latendo, quia raro in conspectu hominum veniret, Caus. v. Scal. 1. Do. 12. *σατύρα, τὸ σατυρικὸν ποίημα. A notable kinde of Poetry, rebuking vice sharply and not regarding persons.*

† Satyria, æ, fœm. gen. Flor. (satyra avis, ex satyra palude, vel ex satyra, quod libidinosa ut Satyrus) *σατυρεία. A Crow: also a meate made of divers herbs.*

† Satyriasmus, mi, fœm. gen. ex satyris, vel ex satyrio herba, vide Priapismus, al. leg. Satyriasis, is, f. actus *τῦ σατυριᾶν* q. est prurire in venerem. i. ifat, satyri. *σατυριασμός. The standing of a mans yard: also a disease.*

† Satyriasis, idem.

Satyricè, adv. *σατυρικῶς. Sharply and with reproach.*

Satyrĭcus, a, um, & satyrus, *σατυρικός. Of or belonging to Satyres, or Poets writing such verses.*

Satyrion, Jun. Satyrium, ii. neut. gen. Ruel. *σατύριον. The hearbe ragwort.*

† Satyrion, dict. à *σάτυρος* sive ob figuram testiculorum, sive quòd stimulet venerem, unde Plin. & Apuleio venerea dicta: item fera quadrupes.

Satyrista. *A satyrist.*

† Savior, savium, vide suavium.

† Savic, pullana, vox Arab. סוק Savic.

Satyrus, ri. masc. gen. *σάτυρος*, heb. שעירים shegnarim, quia pilosi, alias dict. à virili membro, quod vet. gr. *βατλῶ*, appell. Plin. 7. *σατυρίσκος*, quòd ridendo ora distendunt, vel quia erant dicacissimi. Scal. ex *σάθυ*, salacitate antiqu. *A kinde of beast like a wilde man; A kinde of Apes.* v. Satyra.

Saucĭātio, ōnis, fœm ver. *κατάθλασις, πεπλήγμα. A wounding, a hurting*

Saucĭātus, a, um, Col. *πεπληγμένος, πλαγεὶς. Wounded, hurt, maimed.*

Saucio as, *πλήσσω, βαυματίζω. To wound, to hurt, to cut.*

Saucius, a, um, Pac. (qu. sanguine hausus, al. qu. secius, à secando.) Virg. *πεπληγμένος, πεπληγώς. Wounded, hurt, also greatly grieved, weary with labour.*

† Savillum, li, neut. Cat. à suavitate. *A little kisse.*

† Savina, æ & savimera, f. gen. Offic. *The first kinde of Savine:* v. Sabina.

† Savinus, l&d. 16. 14. *A kinde of stone, which by the putting to of oyle groweth bright.*

† Savior, āris, v. suavior. *To kisse sweetly.*

† Savum, v. suavium, Plaut.

† Sauna, v. sagma.

† Saumarius, vide sagmarius.

† Saura, æ, f. Ifid. *σαύρα. A Lizard.*

ζard. M. זרזיר zeroang.

Saurion, sinapis species, Pl. 19. 8. σαυρίδιον. *A kinde of mustard.*

Saurites, æ, m σαυρίτης ex σαῦρος Plin. *A stone that is found in the belly of a greene Lizzard,* Plin. 37 8.

† Saurix, v. sorix.

† Sauroctonus, ni, m g. σαυροκτόνος lacerti necator.

Saxatilis, le, adject. Colum. πετραῖος, πετρώδης. *Of stones, gravelly, stony, breeding or living among stones or gravell.*

† Saxetānus, a, um, Mart. idem.

Saxetum, ti, neut. gen. πετρώδης τόπος. *A place full of rocks and stones.*

Saxeus, a, um, πέτρινος, λίθινος. *Of or belonging to stones.*

Saxificus, a, um, Sen. πετροποιός. *That turneth into a stone, or causeth to become a stone.*

Saxifragia, æ, vel saxifraga, æ, fœmin. gen. & saxifragium, ii, & saxifragum, gi, neut. gen. vel saxilagium, Plin. (dict. quod saxa frangit.) πετροβρηγία. *The herbe saxifrage growing in stony places.*

Saxifrăgus, a, um: πετροβρηγὴς, *That breaketh stones, or is broken against stones.*

Saxigĕnus, a, um, Prud. *That proceedeth from a stone.*

† Saxonicus, a, um: vide saxeus.

Saxōsus, a, um, Virg. πετρώδης. *Full of stones, that groweth in stony places.*

Saxŭlum, li, n. λιθίσκος. *A little rock or stone.*

Saxum, i, neut. gen. סלע salong, Scal. Tuscum esse ait. al. à seco, al. à scindo, al. à σάττω, onero, vel qd. siccum, al. quòd non nisi in sacris adhiberi soleret. πέτρα, λίθος. *A great stone, a rock, an hill.*

† Saxus. *A short sword used by the Saxons.* M. Saxa.

S *ante* C.

† Scabellulum, li, n. g. dim. à scabellum.

Scăbellum li, n. & scabellus, li, m. dim. à scamnum, vel ex כבש chabush, vel ex scaudendo, qd ad ascensum apponitur, ἀναβάθρα, ὑποπόδιον. *A footstool.*

Scăber, bra, brum, ex שער shagnar, hirsutus, vel ex scabie, Per. ut à cerno cribrum, à facio-faber, &c. sic à scarreo, (unde scarrosus, Lu. λαμβάνει) scaber. Sc. τραχὺς, τραχώδης. *Rough, roughly, filthy.*

† Scaber, ri, m. Vitr. *A smiths buttresse wherewith he pareth horses hoofs.*

Scabia, æ, fœm. ex scabies. *A roughnesse of skin, with an itch next to the leprie.*

† Scabicula, æ, f. & scabiola, dim. ex scabies.

† Scăbidus, da, dum, vide scabiosus, inde scabidulus, dim.

Scabies, ei, f. g. ex scaber, vel ex σκάπτω, fodio, quod unguibus quasi fodiuntur: Per. heb. כרס coras: Isid. scabies qu. squamies, ex squama, vel ex scalpo, ψώρα, ψωρίασις. *A scab, scaldnesse, also a tickling inticement of pleasure.*

Scăbile, is, n. Cat. idem quod scabellum

† Scabillum, & scabillus, li, n. & m. g. crepitaculi genus, Arnob. contra gent. l. 2. fortè ex scabinus, vel scabrities.

† Scabini. *Judges:* Acer.

† Scabinus, ni, m. comitis auditor, v. M. Scabinius. v. M.

Scabiola, æ, f. seu scabiosa, Offic. *The herb Scabius.*

Scăbiōsus, a, um, Plin. ψωρώδης, ψωριῶν. *Scurvy, scabby, mangie.*

† Scabitūdo, ĭnis, fœm. *Scabbednesse.*

Scăbo, is, i, ĕre: Plin. motus à scabie oritur, παρὰ τὸ σκάπτειν, ex חרב charab. Bec. κνήθω, κνίζω. *To scratch, to claw, to rub:* גרד garax.

Scăbratus, a, um, Col. τραχυστὴς. *Made rough or rugged.*

Scăbrè, adv. Var. τραχέως. *Roughly or frowningly.*

† Scabrēdo, ĭnis, f. g. Hier. τραχύτης. *Roughnesse.*

† Scabreo, es, Turneb. scabrere, pro scrabrum esse, Par.

† Scabreus, a, um: asper: inde scabreolus dim. leg. & scapedus, MS. idem.

